This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

8,8
1 W

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

888.8
Ea 1w

LELAND·S

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ
ΤΑ ΗΘΙΚΑ.

PLUTARCHI
CHÆRONENSIS
MORALIA,

ID EST

OPERA, EXCEPTIS VITIS, RELIQUA.

GRÆCA EMENDAVIT,
[illegible]TIONEM EMENDATIONUM, ET LATINAM XYLANDRI
[illegible]NTERPRETATIONEM CASTIGATAM, SUBJUNXIT,
[illegible]ADVERSIONES EXPLICANDIS REBUS AC VERBIS, ITEM
INDICES COPIOSOS, ADJECIT,

DANIEL WYTTENBACH,
HIST. ELOQ. LITT. GR. ET LAT.
IN ILLUSTRI ATHEN. AMSTELOD. PROFESSOR.

TOMI IV. PARS II.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCXCVII.

30

255466

STANFORD LIBRARY

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ.

ΒΙΒΛΙΑ Ε΄.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

α'. Τί ἐστι φύσις.
β'. Τίνι διαφέρει ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον.
γ'. Περὶ τῶν ἀρχῶν, τί εἰσιν.
δ'. Πῶς συνέστηκεν ὁ κόσμος.
ε'. Εἰ ἓν τὸ πᾶν.
ϛ'. Πόθεν ἔσχον ἔννοιαν θεοῦ ἄνθρωποι.
ζ'. Τίς ὁ θεός.
η'. Περὶ δαιμόνων καὶ ἡρώων.
θ'. Περὶ ὕλης.
ι'. Περὶ ἰδέας.
ια'. Περὶ αἰτίων.
ιβ'. Περὶ σωμάτων.
ιγ'. Περὶ ἐλαχίστων.
ιδ'. Περὶ σχημάτων.
ιε'. Περὶ χρωμάτων.
ιϛ'. Περὶ τομῆς σωμάτων.
ιζ'. Περὶ μίξεως καὶ κράσεως.
ιη'. Περὶ κενοῦ.
ιθ'. Περὶ τόπου.
κ'. Περὶ χώρας.
κα'. Περὶ χρόνου.
κβ'. Περὶ οὐσίας χρόνου.
κγ'. Περὶ κινήσεως.
κδ'. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.
κε'. Περὶ ἀνάγκης.
κϛ'. Περὶ οὐσίας ἀνάγκης.
κζ'. Περὶ εἱμαρμένης.
κη'. Περὶ οὐσίας εἱμαρμένης.
κθ'. Περὶ τύχης.
λ'. Περὶ φύσεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

α'. Περὶ κόσμου.
β'. Περὶ σχήματος κόσμου.
γ'. Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος.
δ'. Εἰ ἄφθαρτος ὁ κόσμος.
ε'. Πόθεν τρέφεται ὁ κόσμος.
ϛ'. Ἀπὸ ποίων στοιχείων ἤρξατο κοσμοποιεῖν ὁ θεός.
ζ'. Περὶ τάξεως κόσμου.
η'. Τίς ἡ αἰτία τοῦ τὸν κόσμον ἐγκλιθῆναι.
θ'. Περὶ τοῦ ἐκτὸς τοῦ κόσμου, εἰ ἔστι κενόν.
ι'. Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου, καὶ τίνα ἀριστερά.
ια'. Περὶ τοῦ οὐρανοῦ, τίς ἡ τούτου οὐσία.
ιβ'. Περὶ διαιρέσεως οὐρανοῦ, εἰς πόσους κύκλους διαιρεῖται.
ιγ'. Τίς ἡ οὐσία τῶν ἀστέρων, καὶ πῶς συνεστήκασι.
ιδ'. Περὶ σχημάτων ἀστέρων.
ιε'. Περὶ τάξεως ἀστέρων.
ιϛ'. Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς καὶ κινήσεως.
ιζ'. Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες.
ιη'. Περὶ τῶν ἀστέρων τῶν καλουμένων διοσκούρων.
ιθ'. Περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων, καὶ πῶς γίνεται χειμὼν καὶ θέρος.
κ'. Περὶ οὐσίας ἡλίου.
κα'. Περὶ μεγέθους ἡλίου.
κβ'. Περὶ σχήματος ἡλίου.
κγ'. Περὶ τροπῶν ἡλίου.
κδ'. Περὶ ἐκλείψεως ἡλίου.

κε'. Περὶ οὐσίας σελήνης.
κς'. Περὶ μεγέθους σελήνης.
κζ'. Περὶ σχήματος σελήνης.
κη'. Περὶ φωτισμῶν σελήνης.
κθ'. Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.
λ'. Περὶ ἐμφάσεως αὐτῆς, διὰ τί γεώδης φαίνεται.
λα'. Περὶ ἀποστημάτων σελήνης, ὅσον ἀφέστηκε τοῦ ἡλίου.
λβ'. Περὶ ἐνιαυτοῦ, πόσος ἑκάστου τῶν πλανωμένων ὁ μέγας ἐνιαυτός.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

α'. Περὶ γαλαξίου κύκλου.
β'. Περὶ κομητῶν, καὶ διαττόντων, καὶ δοκίδων.
γ'. Περὶ βροντῶν, ἀστραπῶν, κεραυνῶν, πρηστήρων, καὶ τυφώνων.
δ'. Περὶ νεφῶν, ὑετῶν, χιόνων, χαλαζῶν.
ε'. Περὶ ἴριδος.
ς'. Περὶ ῥάβδων.
ζ'. Περὶ ἀνέμων.
η'. Περὶ χειμῶνος καὶ θέρους.
θ'. Περὶ γῆς, καὶ τίς ἡ οὐσία αὐτῆς, καὶ πόσαι.
ι'. Περὶ σχήματος γῆς.
ια'. Περὶ θέσεως γῆς.
ιβ'. Περὶ ἐγκλίσεως γῆς.
ιγ'. Περὶ κινήσεως γῆς.
ιδ'. Περὶ διαιρέσεως γῆς, πόσαι αὐτῆς εἰσι ζῶναι.
ιε'. Περὶ σεισμῶν γῆς.
ις'. Περὶ θαλάσσης, πῶς συνέστη, καὶ πῶς ἐστι πικρά.
ιζ'. Πῶς ἀμπώτιδες γίνονται καὶ πλημμύραι.
ιη'. Περὶ ἅλω.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

α'. Περὶ Νείλου ἀναβάσεως.
β'. Περὶ ψυχῆς.
γ'. Εἰ σῶμα ἡ ψυχὴ, καὶ τίς ἡ οὐσία αὐτῆς.
δ'. Περὶ μερῶν ψυχῆς.
ε'. Τί τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν, καὶ ἐν τίνι ἐστίν.
ς'. Περὶ κινήσεως ψυχῆς.
ζ'. Περὶ ἀφθαρσίας ψυχῆς.
η'. Περὶ αἰσθήσεων καὶ αἰσθητῶν.
θ'. Εἰ ἀληθεῖς αἱ αἰσθήσεις καὶ αἱ φαντασίαι.
ι'. Πόσαι εἰσὶν αἱ αἰσθήσεις.
ια'. Πῶς γίνεται ἡ αἴσθησις καὶ ἡ ἔννοια, καὶ ὁ κατὰ διάθεσιν λόγος.
ιβ'. Τίνι διαφέρει φαντασία, φανταστικὸν, φάντασμα.
ιγ'. Περὶ ὁράσεως πῶς ὁρῶμεν.
ιδ'. Περὶ κατοπτρικῶν ἐμφάσεων.
ιε'. Εἰ ὁρατὸν τὸ σκότος.
ις'. Περὶ ἀκοῆς.
ιζ'. Περὶ ὀσφρήσεως.
ιη'. Περὶ γεύσεως.

ιθ'. Περὶ φωνῆς.
κ'. Εἰ ἀσώματος ἡ φωνὴ, ϗ πῶς ἠχὼ γίνεται.
κα'. Πόθεν αἰσθητικὴ γίνεται ἡ ψυχὴ, ϗ τί αὐτῆς τὸ ἡγεμονικόν.
κβ'. Περὶ ἀναπνοῆς.
κγ'. Περὶ παθῶν σωματικῶν, καὶ εἰ συναλγεῖ τούτῳ ἡ ψυχή.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

α'. Περὶ μαντικῆς.
β'. Πῶς ὄνειροι γίνονται.
γ'. Τίς ἡ οὐσία τοῦ σπέρματος.
δ'. Εἰ σῶμα τὸ σπέρμα.
ε'. Εἰ καὶ αἱ θήλειαι προΐενται σπέρμα.
ϛ'. Πῶς αἱ συλλήψεις γίνονται.
ζ'. Πῶς ἄῤῥενα γίνεται καὶ θήλεα.
η'. Πῶς τέρατα γίνεται.
θ'. Διὰ τί ἡ γυνὴ πολλάκις συνουσιάζουσα οὐ συλλαμβάνει.
ι'. Πῶς δίδυμα ϗ τρίδυμα γίνεται.
ια'. Πόθεν γίνονται τῶν γονέων ὁμοιώσεις, ϗ τῶν προγόνων.
ιβ'. Πῶς ἄλλοις γίνονται ὅμοιοι ϗ οὐ τοῖς γονεῦσι.
ιγ'. Πῶς στεῖραι γίνονται γυναῖκες, ϗ ἄγονοι ἄνδρες.
ιδ'. Διὰ τί αἱ ἡμίονοι στεῖραι.
ιε'. Εἰ τὸ ἔμβρυον ζῶον.
ιϛ'. Πόθεν τρέφεται τὰ ἔμβρυα.
ιζ'. Τί πρῶτον τελεσιουργεῖται ἐν τῇ γαστρί.
ιη'. Διὰ τί τὰ ἑπταμηνιαῖα γόνιμα.
ιθ'. Περὶ ζώων γενέσεως· πῶς ἐγίνοντο ζῶα, ϗ εἰ φθαρτά.
κ'. Πόσα γένη ζώων, ϗ εἰ πάντα αἰσθητὰ ϗ λογικά.
κα'. Ἐν πόσῳ χρόνῳ μορφοῦται τὰ ζῶα ἐν τῇ γαστρὶ ὄντα.
κβ'. Ἐκ ποίων συνίσταται στοιχείων ἕκαστον τῶν ἐν ἡμῖν γενικῶν μορίων.
κγ'. Πῶς ὕπνος γίνεται, ἢ θάνατος, τῆς ψυχῆς, ἢ σώματος.
κδ'. Πότε ϗ πῶς ἄρχεται ὁ ἄνθρωπος τῆς τελειότητος.
κε'. Ὁποτέρου ἐστὶν ὕπνος ἢ θάνατος, ψυχῆς, ἢ σώματος.
κϛ'. Πῶς ηὐξήθη τὰ φυτὰ, ϗ εἰ ζῶα.
κζ'. Περὶ τροφῆς ϗ αὐξήσεως.
κη'. Πόθεν αἱ ὀρέξεις γίνονται τοῖς ζώοις καὶ ἡδοναί.
κθ'. Πῶς γίνεται ὁ πυρετὸς, ϗ εἰ ἐπιγέννημά ἐστι.
λ'. Περὶ ὑγιείας, ϗ νόσου, ϗ γήρως.

D # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

PLUTARCHI

DE

PLACITIS PHILOSOPHORUM.

LIBER PRIMUS.

ΜΕΛΛΟΝΤΕΣ τὸν φυσικὸν παραδώσειν λόγον, ἀναγκαῖον ἡγούμεθα εὐθὺς ἐν ἀρχαῖς διελέσθαι τὴν τῆς φιλοσοφίας πραγματείαν· ἵν' εἰδῶμεν τί ἐστι, καὶ πόστον μέρος αὐτῆς ἡ φυσικὴ διέξοδος. Οἱ μὲν οὖν
E Στωϊκοὶ ἔφασαν, τὴν μὲν σοφίαν, εἶναι θείων τε καὶ ἀν-

D. 1. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ] Compendium eſt majoris operis, ſive Plutarchei, ſive alterius: certe compendium, neque illud a Plutarcho factum.

CUM inſtituerimus Naturalem Philoſophiæ partem explicare, ipſam rem hoc flagitare cenſuimus, ut principio ſtatim Philoſophiæ totam tractationem in ſuas divideremus partes; ut liquere poſſit, quid ſit, et quota ejus pars ſit Phyſica, ſeu Naturæ rerum enarratio. Stoici pronunciarunt, Sapientiam eſſe rerum divinarum humanarum-

θρωπίνων ἐπιστήμην· τὴν δὲ φιλοσοφίαν, ἄσκησιν τέχνης ἐπιτηδείου· ἐπιτήδειον δὲ εἶναι μίαν καὶ ἀνωτάτω, τὴν ἀρετήν· ἀρετὰς δὲ τὰς γενικωτάτας τρεῖς, φυσικὴν, ἠθικὴν, λογικήν· δι' ἣν αἰτίαν καὶ τριμερής ἐστιν ἡ φιλοσοφία, ἧς τὸ μὲν, φυσικόν, τὸ δὲ, ἠθικόν, τὸ δὲ, λογικόν· καὶ φυσικὸν μὲν, ὅταν περὶ κόσμου ζητῶμεν, καὶ τῶν ἐν κόσμῳ· ἠθικὸν δὲ, τὸ κατησχολημένον περὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον· λογικὸν δὲ, τὸ περὶ τὸν λόγον, ὃ καὶ διαλεκτικὸν καλοῦσιν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Θεόφραστος, καὶ σχεδὸν πάντες οἱ Περιπατητικοὶ διεῖλον τὴν φιλοσοφίαν οὕτως· ἀναγκαῖον τὸν τέλειον ἄνδρα καὶ θεωρητικὸν εἶναι τῶν ὄντων, καὶ πρακτικὸν τῶν δεόντων· τοῦτο δὲ ἔξεστι καὶ ἐκ τούτων συνιδεῖν· οἷον, ζητεῖται εἰ ζῶον ἢ μὴ ζῶον ὁ ἥλιος εἴπερ ὁρᾶται· ὁ τοῦτο δὲ ζητῶν, θεωρητικός ἐστιν, οὐδὲ γὰρ τι πλέον θεωρεῖται ἢ τὸ ὂν ζητεῖται· ὁμοίως, εἰ ἄπειρος ὁ κόσμος

F. 5. εἴπερ] Amiot. Mez. ἧπερ. Forte rectius.

que scientiam: Philosophiam, quod est Sapientiæ studium, exercitationem esse artis ad Sapientiam accommodatæ: talem autem esse artem unicam ac supremam, Virtutem. Virtutes, quæ suo complexu latissime pateant, tres esse: naturalem, moralem, et disserendi: itaque etiam Philosophiam habere tres partes, Naturalem, Moralem et Disserendi. Naturalem esse cum de mundo, et iis quæ in mundo sunt, disputamus: Moralem, quæ occupatur vitæ humanæ rationibus: Logicam (sic enim Græci rationem disserendi appellant) quæ in oratione versatur, eademque ab ipsis Dialectica dicitur. Aristoteles et Theophrastus, omnesque fere Peripatetici, hac ratione Philosophiam distribuerunt. Virum perfectum, inquiunt, necesse est esse et contemplatorem eorum quæ sunt, et actorem eorum quæ decent. Patet hoc exemplis propositis. Quæritur *Sol animal sit, necne, siquidem videtur:* hoc qui quærit, in contemplatione versatur: nihil enim aliud considerat, quam

875 ἐστὶ, καὶ, εἰ ἔξω τι τοῦ κόσμου ἐστί· ταῦτα γὰρ πάντα θεωρητικά· ζητεῖται πάλιν, πῶς βιοτεύειν, καὶ πῶς προΐστασθαι τέκνων προσήκει, καὶ πῶς ἄρχειν, καὶ πῶς νομοθετεῖν, ταῦτα γὰρ πάντα ἕνεκα τοῦ πρᾶξαι ζητεῖται· καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος πρακτικὸς ἀνήρ.

α΄.

Τί ἐστι φύσις.

Ἐπεὶ δὲ πρόκειται ἡμῖν τὰ φυσικὰ θεωρῆσαι, ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι δηλῶσαι τί ποτέ ἐστιν ἡ φύσις· ἄτοπον γὰρ πειρᾶσθαι μὲν φυσιολογεῖν, ἀγνοεῖν δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν τῆς φύσεως δύναμιν. Ἔστιν οὖν, κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην, φύσις,
B ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἠρεμίας, ἐν ᾧ πρώτως ἐστὶ καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός· πάντα γὰρ τὰ ὁρώμενα ὅσα μήτε ἀπὸ τύχης, μήτε ὑπὸ ἀνάγκης, μήτε ἐστὶ θεῖα, μήτε τοιαύ-

A. 2. πάλιν, πῶς] Sic Mez. et Interpretes Bud. Amiot. Xyl. Vulgo, πῶς πάλιν.

quid sit. Itidem qui disputat *de infinitate Mundi, aut an extra Universum aliquid exstet.* Ista omnia sunt contemplationis. Rursum quæritur quomodo vita sit instituenda, quomodo liberi regendi, quomodo gerendus magistratus, quo pacto leges ponendæ. Omnia hæc agendi caussa quæruntur; et qui hæc tractat, vir agendis rebus intentus (sive actuosus) dicitur.

I.

Quid sit Natura.

Quando vero rerum Naturalium consideratio nobis proposita est, necessarium duco explanare quid sit Natura. Absurdum enim est aggredi dissertationem de Natura rerum, cum nondum sit explicatum, quid valeat Natura vocabulum. Est itaque Natura, si Aristotelem audimus, principium motus et quietis in illa re, in qua inest primo, et non per accidens. Omnia enim quæ sub conspectum veniunt nostrum, quæ neque fortuito fiunt, neque necessario, neque divina sunt aut divinitus ef-

τὴν αἰτίαν ἔχει, φυσικὰ λέγεται, καὶ φύσιν ἰδίαν ἔχει· οἷον, γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀὴρ, φυτὰ, ζῶα· ἔτι δὲ ταῦτα τὰ γινόμενα, ὄμβροι, χάλαζαι, κεραυνοὶ, πρηστῆρες, ἄνεμοι· ταῦτα γὰρ ἀρχὴν ἔχει τινὰ, οὐ γὰρ ἐξ αἰῶνος ἕκαστον τούτων ἐστὶν, ἀλλ' ἀπό τινος ἀρχῆς γίνεται· καὶ ταῦτα μέντοι οἷον ζῶα, φυτὰ, ἀρχὴν γενέσεως ἔχει· ἐν δὲ τούτοις ἡ φύσις ἀρχὴ τὸ πρῶτόν ἐστι, καὶ οὐ μόνον κινήσεως,
ἀλλὰ καὶ ἠρεμίας· ὅσα γὰρ ἀρχὴν κινήσεως ἔλαβε, ταῦτα C
δύναται λαβεῖν καὶ τελευτήν. Διὰ τοῦτο οὖν ἡ φύσις ἀρχὴ κινήσεώς ἐστι καὶ ἠρεμίας.

β'.

Τίνι διαφέρει ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον.

Οἱ μὲν οὖν περὶ Ἀριστοτέλην καὶ Πλάτωνα διαφέρειν ἡγοῦνται ἀρχὴν καὶ στοιχεῖα. Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος ταυτὸν νομίζει ἀρχὴν καὶ στοιχεῖα. Πλεῖστον δὲ ὅσον διαφέρει ἀλλήλων· τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖα, ἐστὶ σύνθετα· τὰς δὲ ἀρχὰς φαμὲν εἶναι οὔτε συνθέτους, οὔτε ἀποτε-

fecta, Naturales res dicuntur, suamque habent propriam Naturam, ut terra, ignis, aqua, aër, stirpes, animalia: præterea, hæc quæ gigni cernimus, imbres, grandines, fulmina, procellæ, venti. Habent enim hæc principium quoddam, cum nihil eorum sit æternum, sed quodam a primordio sit natum. Atque hæc quidem, ut animalia, ut stirpes, initium habent sui ortus: primumque in iis principium est Natura, non motus modo, sed etiam quietis: quæ enim principium motus nacta sunt, eadem finiri etiam possunt. Itaque et motus et quietis principium est Natura.

II.

Discrimen Principii et Elementi.

Aristoteles ac Plato, et qui ab eorum sunt secta, differre a Principio Elementum dicunt. Thales Milesius pro eodem utrumque habet; cum quidem longissime a se invicem diffideant ista: Elementum enim omne compositum est: Principia neque

λέσματα· οἷον, στοιχεῖα μὲν καλοῦμεν, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, D πῦρ· ἀρχὰς δὲ λέγομεν διὰ τοῦτο ὅτι οὐκ ἔχει τι πρότερον ἐξ οὗ γεννᾶται, ἐπεὶ οὐκ ἔσται ἀρχὴ τοῦτο, ἀλλὰ ἐκεῖνο ἐξ οὗ γεγέννηται. Τῆς δὲ γῆς καὶ τοῦ ὕδατος ἐστί τινα πρότερα, ἐξ ὧν γέγονεν· ἡ ὕλη, ἄμορφος οὖσα καὶ ἀειδής· καὶ τὸ εἶδος, ὃ καλοῦμεν ἐντελέχειαν· καὶ ἡ στέρησις. Ἁμαρτάνει οὖν ὁ Θαλῆς, στοιχεῖον καὶ ἀρχὴν λέγων τὸ ὕδωρ.

γ′.

Περὶ τῶν ἀρχῶν, τί εἰσιν.

Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀπεφήνατο τὸ ὕδωρ. Δοκεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἄρξαι τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἀπ' E αὐτοῦ ἡ Ἰωνικὴ αἵρεσις προσηγορεύθη· ἐγένοντο γὰρ πλεῖσται διαδοχαὶ φιλοσοφίας· φιλοσοφήσας δὲ ἐν Αἰγύπτῳ ἦλθεν εἰς Μίλητον πρεσβύτερος· ὅς ἐξ ὕδατός φησι πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ πάντα ἀναλύεσθαι. Στοχάζεται δὲ

D. 7. λέγων τὸ ὕδωρ] Mez. Bud. λέγων τὸ αὐτό. Forte rectius: quippe ὕδωρ e proximo capite huc tractum videtur. Idem placuisse Xylandro, colligas ex ejus versione, quam retinui.

composita sunt neque effecta. Verbi gratia, Elementa vocamus terram, aquam, aërem, ignem. Principia ideo dicuntur, quod nihil est iis prius ex quo nascantur; non enim Principii nomen ei debetur, quod natum est alicunde: sed huic potius, ex quo id est natum. Terra autem et aqua ortu prior est materia ex qua exstiterunt, forma carens ipsa, et specie: tum ipsa forma quam vocamus entelechiam: tertium privatio. Falsa itaque est Thaletis sententia.

III.

Quæ sint Principia.

Thales principium rerum esse dixit aquam. Videtur autem princeps Philosophiæ hic fuisse, et ab eo secta Ionica nomen duxit. Plurimæ enim fuerunt successiones philosophorum. Hic cum in Ægypto Philosophiæ operam dedisset, Miletum rediit ætate jam grandior. Quod autem ex aqua omnia orta sint, inque eam omnia suo interitu

ἐκ τούτου πρῶτον, ὅτι πάντων τῶν ζώων ἡ γονὴ, ἀρχή ἐστιν, ὑγρὰ οὖσα, οὕτως εἰκὸς καὶ τὰ πάντα ἐξ ὑγροῦ τὴν ἀρχὴν ἔχειν· δεύτερον, ὅτι πάντα τὰ φυτὰ ὑγρῷ τρέφεται καὶ καρποφορεῖ, ἀμοιροῦντα δὲ ξηραίνεται· τρίτον, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ τοῦ ἡλίου καὶ τὸ τῶν ἄστρων ταῖς τῶν ὑδάτων ἀναθυμιάσεσι τρέφεται, καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος. F
διὰ τοῦτο καὶ Ὅμηρος ταύτην τὴν γένεσιν ὑποτίθεται, περὶ τοῦ ὕδατος,

Ὠκεανὸς, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Ἀναξίμανδρος δὲ ὁ Μιλήσιος, φησὶ, τῶν ὄντων τὴν ἀρχὴν εἶναι τὸ ἄπειρον· ἐκ γὰρ τούτου πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τοῦτο πάντα φθείρεσθαι, διὸ καὶ γεννᾶσθαι ἀπείρους κόσμους καὶ πάλιν φθείρεσθαι εἰς τὸ ἐξ οὗ γίνεται· λέγει οὖν, διὰ τί ἄπειρόν ἐστιν; ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ ἡ

F. 9. διὰ τί—ὑφισαμένη] Ita omnes libri Plutarchei. At rectius sine interrogatione Euseb. P. E. XIV, 14, διότι τὸ ἄπειρόν ἐστιν, ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ καὶ ἡ γένεσις ἡ ὑφισαμένη. Stob. Ecl. Phys. p. 26, ὅτι ἀπειρατόν ἐστιν, ἵνα μηδὲν ἐλλίπῃ γένεσις ἡ ὑφισαμένη: et, ut nuper Cl. Heeren. edidit—ἐλλείπῃ ἡ γένεσις ἡ ὑφισαμένη. Videntur antiquitus duæ meliores lectiones in unam confusæ fuisse, διότι τὸ ἄπειρόν ἐστι, ἵνα μὴ ἐλλείπῃ ἡ γ. ἡ ὑφ. altera, διότι τὸ ἄπειρόν ἐστι, ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ τῇ γενέσει τῇ ὑφισταμένῃ.

resolvantur; id ex eo primum conjecit, quod semen, omnium animalium principium, humidum est; inde fit probabile, omnia ex humore nasci tanquam principio. Deinde, quia omnes stirpes humido aluntur, idque suæ foecunditatis caussam habent, eoque destituta exarescunt. Præterea quoniam ipse Solis stellarumque ignis aquæ exhalationibus aluntur, ipseque adeo mundus. Itaque etiam Homerus aquæ omnium rerum primordium tribuit, hoc versu,

Oceanus cunctis præbet primordia rebus.

ANAXIMANDER, Milesius et ipse, principium rerum infinito tribuit, ex quo omnia fiant, et in quod omnia dissolvantur: ideoque etiam nasci infinitos mundos, et interitu suo ad id redigi ex quo erant orti tradit: additque infinitum propterea esse, ne aliquando

876 γένεσις ἡ ὑφισταμένη. Ἁμαρτάνει δὲ οὗτος, μὴ λέγων τί ἐστι τὸ ἄπειρον, πότερον ἀὴρ ἐστὶν, ἢ ὕδωρ, ἢ γῆ, ἢ ἄλλα τινὰ σώματα· ἁμαρτάνει οὖν, τὴν μὲν ὕλην ἀποφαινόμενος, τὸ δὲ ποιοῦν αἴτιον ἀναιρῶν. Τὸ γὰρ ἄπειρον, οὐδὲν ἄλλο ἢ ὕλη ἐστίν· οὐ δύναται δὲ ἡ ὕλη εἶναι ἐνέργεια, ἂν μὴ τὸ ποιοῦν ὑποκέηται.

Ἀναξιμένης δὲ ὁ Μιλήσιος, ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀέρα ἀπεφήνατο· ἐκ γὰρ τούτου τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν πάλιν ἀναλύεσθαι, οἷον ἡ ψυχὴ, φησὶν, ἡ ἡμετέρα, ἀὴρ οὖσα, συγκρατεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅλον τὸν κόσμον
B πνεῦμα καὶ ἀὴρ περιέχει· λέγεται δὲ συνωνύμως ἀὴρ καὶ πνεῦμα. Ἁμαρτάνει δὲ καὶ οὗτος, ἐξ ἁπλοῦ καὶ μονοειδοῦς ἀέρος καὶ πνεύματος δοκῶν συνεστάναι τὰ ζῶα. Ἀδύνατον γὰρ ἀρχὴν μίαν τὴν ὕλην τῶν ὄντων, ἐξ ἧς τὰ πάντα, ὑποστῆναι· ἀλλὰ καὶ τὸ ποιοῦν αἴτιον χρὴ ὑποτι-

A. 5. ἐνέργεια] ἐνεργείᾳ Euseb. Xyl. Mez. probatur et Corsino. At proximum ὑποκέηται præferam Eusebiano ὑπόθηται.

ortus rerum, qui nunc est, deficiat. Peccat autem in eo, quod non exprimit quid sit infinitum, aërne, an aqua, an terra, aut alia quædam corpora. In hoc etiam, quod materia exponenda effectricem caussam abolet: infinitum enim aliud nihil est, quam materia: quæ nisi efficiens caussa accedat, rem creare nullam potest.

Horum civis ANAXIMENES principium rerum pronunciavit esse aërem, ex quo omnia nascantur, suoque in eum redeant interitu. *Ita*, inquit, *anima nostra aër est, quæ nos temperat: totumque mundum spiritus et aër continent.* Est vero eadem significatio nominum aëris et spiritus. Peccat autem hic quoque, ex simplici et unius formæ aëre ac spiritu putans constare animalia. Neque enim potest sola materia, ut principium omnium rerum, subsistere, ex eaque nasci omnia, sed et effectrix caussa ponenda

θῆναι. Οἷον, οὐκ ἄργυρος ἀρκεῖ πρὸς τὸ ἔκπωμα γενέσθαι,
ἂν μὴ καὶ τὸ ποιοῦν ᾖ, τουτέστιν ὁ ἀργυροκόπος· ὁμοίως
καὶ ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ ξύλου καὶ τῆς ἄλλης ὕλης.

Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, ἀρχὰς τῶν ὄντων τὰς
ὁμοιομερείας ἀπεφήνατο· ἐδόκει γὰρ αὐτῷ ἀπορώτατον εἶναι,
πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος δύναταί τι γίνεσθαι, ἢ φθείρεσθαι
εἰς τὸ μὴ ὄν· τροφὴν γοῦν προσφερόμεθα ἁπλῆν καὶ μο- C
νοειδῆ, οἷον τὸν Δημήτρειον ἄρτον, τὸ ὕδωρ πίνοντες· καὶ
ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς τρέφεται θρὶξ, φλὲψ, ἀρτηρία,
νεῦρα, ὀστᾶ, καὶ τὰ λοιπὰ μόρια. Τούτων οὖν γινομένων
ὁμολογητέον ἐστὶν ὅτι ἐν τῇ τροφῇ τῇ προσφερομένῃ
πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα, καὶ ἐκ τῶν ὄντων πάντα αὔξεται,
καὶ ἐν ἐκείνῃ ἐστὶ τῇ τροφῇ μόρια αἵματος γεννητικὰ, καὶ
νεύρων καὶ ὀστέων καὶ ἄλλων τῶν ἃ ἦν λόγῳ θεωρητὰ μόρια.
Οὐ γὰρ δεῖ πάντα ἐπὶ τὴν αἴσθησιν ἀνάγειν, ὅτι ἄρτος καὶ
τὸ ὕδωρ ταῦτα κατασκευάζει, ἀλλ' ἐν τούτοις ἐστὶ λόγῳ
θεωρητὰ μόρια. Ἀπὸ τοῦ οὖν ὅμοια τὰ μέρη εἶναι ἐν τῇ D

est. Veluti, argentum non sufficit ad poculi ortum, nisi etiam faber accedat argentarius, qui id conficiat: idem de aere, ligno, et alia quavis intellige materia.

Anaxagoras Clazomenius similares partes principia rerum statuit: nulla enim ei ratione explicari posse videbatur, qui ex eo quod non esset fieri aliquid, aut quod esset, in nihilum redigi posset. Sane cibum sumimus simplicem atque uniformem, ut cum pane vescimur, et aquam bibimus: illo tamen alimento nutritur crinis, vena, arteria, nervi, ossa, omnes denique partes. Quae cum fiant, fatendum est in alimento istas omnes naturas inesse, singulisque singula augeri, inesseque in eo particulas sanguini gignendo aptas, itemque suas nervis et ossibus aptas: quae quidem particulae mente cernantur. Non enim ad sensum omnia sunt referenda, ut panis et aqua isthaec conficiant: sed in his ipsis insunt particulae mente intelligendae; quas si-

τροφῇ τοῖς γεννωμένοις, ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσε, καὶ ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀπεφήνατο· καὶ τὰς μὲν ὁμοιομερείας, ὕλην, τὸ δὲ ποιοῦν αἴτιον, τὸν Νοῦν τὸν τὰ πάντα διαταξάμενον. Ἄρχεται δὲ οὕτως, "Ὁμοῦ πάντα χρή-"ματα ἦν, Νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεκόσμησε·" χρήματα λέγων τὰ πράγματα. Ἀποδεκτέος οὖν ἐστιν, ὅτι τῇ ὕλῃ τὸν τεχνίτην προσέζευξεν.

Ἀρχέλαος Ἀπολλοδώρου Ἀθηναῖος ἀέρα ἄπειρον καὶ τὴν περὶ αὐτὸν πυκνότητα καὶ μάνωσιν· τούτων δὲ τὸ μὲν, εἶναι πῦρ, τὸ δὲ, ὕδωρ.

E Οὗτοι μὲν οὖν ἐφεξῆς ἀλλήλοις ταῖς διαδοχαῖς γενόμενοι, τὴν λεχθεῖσαν Ἰωνικὴν συμπληροῦσι φιλοσοφίαν ἀπὸ Θάλητος.

Πάλιν δὲ ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς Πυθαγόρας Μνησάρχου

D. 6. διῆρε] Corrigendum, διῄρει: vulgatum enim hoc ſenſu non eſt Græcum. Ionice Anaxagoras ſcripſiſſe videtur Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν. Νόος δὲ αὐτὰ διῄρει καὶ διεκόσμεε. Ita Valckenar. Diatrib. Eurip. p. 40.

D. 6. *χρήματα λέγων τὰ πράγματα*] Omittunt Interpretes Bud. Xyl. Amiot. et præſtabat omittere quam cum Corſino vertere, *ea quæ facta ſunt Res appellans.* Auctor non rei ſententiam, ſed Græci nominis conſuetudinem notare voluit.

milares partes alimento inſitas ut inde naſcentibus ſint primordium, Homœomerias (quaſi ſimilarium ſemina partium) appellavit ille, et rerum principia eſſe dixit; ita quidem, ut materiæ locum obtineant. Efficientem enim quoque cauſſam, et quæ diſponeret univerſa, prodidit Mentem. Opus ſuum ſic orſus eſt, *Confuſa in unum erant omnia: Mens ea diviſit et in ordinem compoſuit.* Hic approbandus eſt qui materiæ artificem adjunxerit.

Archelaus, Apollodori filius, Athenienſis aërem et infinitum, eique raritatem et denſationem additas, quorum hoc terra, illud ignis ſit, principia ponit.

Hi ſe deinceps ſubſecuti a Thalete Ionicam propagaverunt philoſophiæ ſectam.

Ab alio rurſum initio, Pythagoras Mneſarchi filius Samius, is qui princeps Phi-

Σάμιος, ὁ πρῶτος φιλοσοφίαν τούτῳ τῷ ῥήματι προσαγορεύσας, ἀρχὰς τοὺς ἀριθμοὺς, καὶ τὰς συμμετρίας τὰς ἐν τούτοις, ἃς καὶ ἁρμονίας καλεῖ· τὰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετα, στοιχεῖα, καλούμενα δὲ γεωμετρικά. Πάλιν δὲ τὴν μονάδα καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ἐν ταῖς ἀρχαῖς· σπεύδει δὲ αὐτῷ τῶν ἀρχῶν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν F αἴτιον καὶ εἰδικόν, ὅπερ ἐστὶ νοῦς ὁ θεός, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ παθητικόν τε καὶ ὑλικόν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ὁρατὸς κόσμος· εἶναι δὲ τὴν φύσιν τοῦ ἀριθμοῦ δεκάδα· μέχρι γὰρ τῶν δέκα πάντες Ἕλληνες, πάντες βάρβαροι ἀριθμοῦσιν, ἐφ' ἃ ἐλθόντες, πάλιν ἀναποδοῦσιν ἐπὶ τὴν μονάδα· καὶ τῶν δέκα πάλιν, φησὶν, ἡ δύναμίς ἐστιν ἐν τοῖς τέσσαρσι καὶ τῇ τετράδι· τὸ δὲ αἴτιον, εἴ τις ἀπὸ τῆς μονάδος ἀναποδῶν, κατὰ πρόσθεσιν τιθείη τοὺς ἀριθμοὺς, ἄχρι τῶν τεσσάρων προελθὼν ἐκπληρώσει τὸν δέκα ἀριθμόν, ἐὰν δὲ ὑπερβάλλῃ τὸν τῆς τετράδος, καὶ τῶν δέκα ὑπερεκπεσεῖται· οἷον, 877

F. 8. ἀναποδῶν] Malim abeſſet, ut ſententiæ repugnans. Formam quidem non mutem quod ex conjectura fecit editor Lipſ. unde, ut Plutarcheum ſcilicet, ſupra in Stobæum recepit ἀναποδίζωσι Cl. Heeren.

loſophiam hoc nomine appellavit, rerum principia cenſuit eſſe numeros, eorumque inter ſe ſive proportiones ſive concinnitates, et ex utriſque compoſita elementa, quæ geometrica dicuntur. Rurſus unitatem, et indefinitum binarium, in principiis ponit. Tendunt autem principia ejus, alterum ad effectricem cauſſam ac formantem, quæ eſt Deus, mens videlicet: alterum ad perpeſſionibus ſubjectam et materialem, quæ eſt mundus adſpectabilis. Porro docebat, naturam numeri eſſe denarium, nam ad decem uſque numerando progrediuntur omnes et Græci et barbari, atque hinc rurſus pedem ad unitatem referunt. Rurſum denarii numeri vis et natura in quaternione ineſt: nam ab unitate uſque ad quatuor incluſum colligendo numerorum ſummam conficies decem unitatum: unum quippe, duo, tria,

εἴ τις θείη ἕν, καὶ δύο προσθείη, καὶ τρία, καὶ τούτοις τέσσαρα, τὸν τῶν δέκα πληρώσει ἀριθμόν· ὥστε ὁ ἀριθμὸς κατὰ μὲν μονάδα ἐν τοῖς δέκα, κατὰ δὲ δύναμιν ἐν τοῖς τέσσαρσι. Διὸ καὶ ἐφθέγγοντο οἱ Πυθαγορικοὶ, ὡς μεγίστου ὅρκου ὄντος τῆς τετράδος,

> Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχῇ παραδόντα τετρακτὺν
> Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

Καὶ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ, φησὶν, ἐκ τετράδος σύγκειται· εἶναι γὰρ νοῦν, ἐπιστήμην, δόξαν, αἴσθησιν, ἐξ ὧν πᾶσα τέχνη καὶ ἐπιστήμη, καὶ αὐτοὶ λογικοὶ ἐσμέν. Νοῦς μὲν οὖν ἡ μο-
B νάς ἐστιν· ὁ γὰρ νοῦς κατὰ μονάδα θεωρεῖται, οἷον, πολλῶν ὄντων ἀνθρώπων, οἱ μὲν ἐπὶ μέρους εἰσὶν ἀναίσθητοι, ἀπερίληπτοι καὶ ἄπειροι, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἄνθρωπον ἕνα μόνον νοοῦμεν, ᾧ οὐδεὶς ἔτυχεν ὅμοιος· καὶ ἵππον ἕνα μόνον νοοῦμεν, οἱ δὲ ἐπὶ μέρους, εἰσὶν ἄπειροι. Τὰ γὰρ εἴδη

A. 8. ῥίζωμά τ'] Ita scribendum duxi, pro vulgato ῥίζαμα τ'.
B. 2. ἀναίσθητοι] Xyl. malit αἰσθητοί. Vulgatum recte tuetur Corsin.

et quatuor, omnia conjuncta summam decem conficiunt: si quatuor terminis amplius sumas, etiam summa denarium excedet. Ergo numeri natura unitatum ratione in denario, facultatis ratione in quaternario invenitur. Itaque sanctissimum jusjurandum Pythagorei quaternario sunt complexi, quam tetractyn vocant:

> *Per tibi nostræ animæ præbentem tetracta juro*
> *Naturæ fontemque et firmamenta perennis:*

Quin et animam nostram Pythagorici aiunt quaternione constare: esse enim hæc quatuor, Mentem, Scientiam, Opinionem, Sensum: unde omnes artes ac scientiæ profectæ sunt, ipsique ratione præditi propterea sumus. Mens enim est unitas: quod Mens quæ percipit, unitatis in morem percipit. Exempli caussa, multi sunt homines: horum unusquisque pro se percipitur sensu, numerus eodem definiri a nobis nequit. Unicam vero Mens hominis notionem concipit, quæ in singulis repræsentatur: idem de equo, et aliis intelligimus, quorum individua (ut Logici appellant)

ταῦτα πάντα καὶ γένη κατὰ μονάδας εἰσί· διὸ καὶ ἐπὶ
ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν τοῦτον ὅρον ἀποδιδόντες, λέγουσι, Ζῶον
λογικὸν, ἢ Ζῶον χρεμετιστικὸν, ῥητέον. Διὰ τοῦτο οὖν νοῦς
ἡ μονὰς, ᾧ ταῦτα νοοῦμεν, καὶ ἡ δυὰς δὲ ἡ ἀόριστος ἡ
ἐπιστήμη εἰκότως· πᾶσα γὰρ ἀπόδειξις καὶ πᾶσα πίστις
ἐπιστήμης, πρὸς δὲ καὶ πᾶς συλλογισμὸς ἔκ τινων ὁμολο- C
γουμένων τὸ ἀμφισβητούμενον συνάγει, καὶ ῥαδίως ἀποδείκ-
νυται ἕτερον, ὧν ἡ ἐπιστήμη κατάληψίς ἐστι, διὸ εἴη ἂν
δυάς· ἡ δὲ δόξα τριὰς, ἐκ καταλήψεώς ἐστιν εὐλόγως,
ὅτι πολλῶν ἐστιν ἡ δόξα· ἡ δὲ τριὰς, πλῆθος, ὡς, τρισ-
μάκαρες Δαναοί· διὰ τοῦτο οὐκ ἐγκρίνει τὴν τριάδα.

Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος, ἀρχὴν

B. 8. ῥητέον] Forte ponendum post Διὰ τοῦτο οὖν.
C. 4. ἐκ καταλήψεως] Ut nunc est, locum non habet. Xyl. vertit ac si legisset ἐκ καταλήψεως εὐλόγου: quod rei non satisfacit.
C. 6. οὐκ ἐγκρίνει] Mez. οὐκ ἐκκρίνει: Corsin. οὖν ἐγκρίνει: hoc malim. Deinceps multa excidisse, res ipsa loquitur, et Xyl. notavit positis asteriscis: pars quidem perditorum in finem capitis rejecta est, ἡ δὲ τούτων αἵρεσις —δυσαρεστήσας: quod et editor Lipſ. vidit, qui eadem illinc huc transtulit.

ſunt innumera. Formæ enim ſive ſpecies, itemque genera omnia, rationem habent unitatis: itaque ſingula eorum definientes, dicunt *animal ratione præditum, animal hinniens*. Hæc cauſſa eſt, cur Mens, quæ formas rerum percipit, unitatis afficiatur nomine. Sed et hoc conſentaneum eſt rationi, quod binarius, infinitatis ſocius, Scientiæ accommodatur. Omnis enim demonſtratio, omnis ratiocinatio quæ Scientiæ fidem parat, adeoque omnis in univerſum ratiocinatio, ex quibuſdam in confeſſo poſitis, id de quo diſceptabatur concludit, aliudque e præmiſſis colligit: quorum apprehenſio cum ſit ſcientiæ, eam binario æquum eſt comparari. Opinio autem ternarius eſt, perceptio ſcilicet probabilis, quæ multarum ſane eſt rerum: nam multitudinem ternarius notat, ut

O ter felices Danaos.

Itaque Pythagoras ternarium recipit. * *

Heraclitus, et Hippasus Metapontinus, ignem omnium eſſe rerum principium

τῶν ὅλων τὸ πῦρ· ἐκ πυρὸς γὰρ τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς πῦρ πάντα τελευτᾷν λέγουσι· τούτου δὲ κατασβεννυμένου, κοσμοποιεῖσθαι τὰ πάντα. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ παχυμερέστατον αὐτοῦ εἰς αὑτὸ συστελλόμενον γῆν γίνεσθαι, ἔπειτα ἀναχαλωμένην τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ πυ-
D ρὸς φύσει ὕδωρ ἀποτελεῖσθαι, ἀναθυμιώμενον δὲ, ἀέρα γίνεσθαι· πάλιν δὲ τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ σώματα ὑπὸ πυρὸς ἀναλοῦσθαι ἐν τῇ ἐκπυρώσει· ἀρχὴν οὖν τὸ πῦρ, ὅτι ἐκ τούτου τὰ πάντα, τέλος δὲ, ὅτι καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι τὰ πάντα.

Ἐπίκουρος Νεοκλέους Ἀθηναῖος κατὰ Δημόκριτον φιλοσοφήσας, ἔφη τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων, σώματα λόγῳ θεωρητὰ, ἀμέτοχα κενοῦ, ἀγέννητα, ἀΐδια, ἄφθαρτα, οὔτε θραυσθῆναι δυνάμενα, οὔτε διάπλασμὸν ἐκ τῶν μερῶν λαβεῖν οὔτε ἀλλοιωθῆναι, εἶναι δὲ αὐτὰ λόγῳ θεωρητά,
E ταῦτα μέντοι κινεῖσθαι ἐν τῷ κενῷ καὶ διὰ τοῦ κενοῦ· εἶναι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ κενὸν ἄπειρον, καὶ τὰ σώματα ἄπειρα·

perhibuerunt: omnia enim dicunt ex igne nafci et in ignem refolvi, et ignis exftinctione Univerfum hoc creatum effe. Primum enim craffiffimas ejus partes in fefe coëundo, terram conftituiffe: deinde vi ignis laxatam terram, aquam edidiffe: hanc exhalando aëri ortum præbuiffe. Porro mundum et omnia corpora igni confumtum iri in conflagratione Univerfi. Ita ignem principium effe ex quo exfiftant omnia, et finem in quem omnia recidant.

Epicurus Neoclis filius Athenienfis, Democriti in Philofophia Naturali fectator, omnium rerum principia ftatuit corpora mente percepta, expertia vacui, fempiterna, interitus fecura, et quæ confringi non poffint, neque deformationem partium admittant, neque alterationem, et fola mente cernantur, moveantur in vacuo et per inane: effe autem ipfum inane infinitum, et corpora infinita. Tria autem hæc accidere corporibus, figuram, magnitudinem, pon-

συμβεβηκέναι δὲ τοῖς σώμασι τρία ταῦτα, σχῆμα, μέγεθος, βάρος. Δημόκριτος μὲν γὰρ ἔλεγε δύο, μέγεθός τε καὶ σχῆμα· ὁ δ' Ἐπίκουρος τούτοις καὶ τρίτον τὸ βάρος ἐπέθηκεν· ἀνάγκη γάρ, φησί, κινεῖσθαι τὰ σώματα τῇ τοῦ βάρους πληγῇ· ἐπεὶ οὐ κινηθήσεται. Εἶναι δὲ τὰ σχήματα τῶν ἀτόμων περιληπτά, οὐκ ἄπειρα· μὴ γὰρ εἶναι μήτε ἀγκιστροειδῆ, μήτε τριαινοειδῆ, μήτε κρικοειδῆ, ταῦτα F
γὰρ τὰ σχήματα, εὔθραυστά ἐστιν· αἱ δὲ ἄτομοι, ἀπαθεῖς, ἄθραυστοι, ἴδια δὲ ἔχειν σχήματα λόγῳ θεωρητά. Καὶ εἴρηται ἄτομος, οὐχ ὅτι ἐστὶν ἐλαχίστη, ἀλλ' ὅτι οὐ δύναται τμηθῆναι, ἀπαθὴς οὖσα καὶ ἀμέτοχος κενοῦ· ὥστε ἐὰν εἴπω ἄτομον, ἄθραυστον λέγει καὶ ἀπαθῆ, ἀμέτοχον κενοῦ. Ὅτι δὲ ἔστιν ἄτομος, σαφές· καὶ γὰρ ἔστι στοιχεῖα ἀεὶ ὄντα, καὶ ζῶα κενά, καὶ ἡ μονάς.

Ἐμπεδοκλῆς Μέτωνος Ἀκραγαντῖνος τέτταρα μὲν 878
λέγει στοιχεῖα, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ, γῆν· δύο δὲ ἀρχικὰς

F. 7. ζῶα κενά] Hoc, ut in reliquis acquiescamus, probari nequit. Forte nonnulla omissa sunt a compilatore. Vetus labes, antiquior Eusebio, qui eandem habet lectionem. Nec ipse habeo quod reponam: nec ex multis hominum doctorum conjecturis ulla satisfacit: nisi quod minus, quam ceteræ, displicet σώματα ἄκενα.

dus: quorum hoc tertium duobus, quæ Democritus perhibuerat, ab Epicuro est adjectum: quod hic motum corporum fore nullum sentiebat, nisi gravitate perculsa moverentur. Figuras atomorum esse comprehensibiles, non infinitas: neque esse vel uncinatas, vel tridentes, vel armillares, quæ figuræ sint collisioni obnoxiæ: cum atomi sint perpessionis ac contritionis exsortes. Dictam *atomum*, non quod sit minimum, sed quod secari non possit, aut conteri, sitque immunis a perpessionibus et inanis expers. Esse autem atomum, liquere: esse enim elementa semper durantia, et animalia inania, et unitatem.

Empedocles Metonis filius Agrigentinus, quatuor dicit elementa, ignem, aërem, aquam, terram: duo autem

δυνάμεις, φιλίαν τε καὶ νεῖκος· ὧν ἡ μὲν ἐστὶν ἑνωτικὴ, τὸ δὲ, διαιρετικόν· φησὶ δὲ οὕτως,

> Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
> Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀϊδωνεὺς,
> Νῆστίς θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Δία μὲν γὰρ λέγει τὴν ζέσιν καὶ τὸν αἰθέρα· Ἥρην τε φερέσβιον, τὸν ἀέρα· τὴν δὲ γῆν, τὸν Ἀϊδωνέα· Νῆστιν δὲ καὶ κρούνωμα βρότειον, οἱονεὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸ ὕδωρ.

B Σωκράτης Σωφρονίσκου Ἀθηναῖος, καὶ Πλάτων Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος· αἱ γὰρ αὐταὶ περὶ παντὸς ἑκατέρου δόξαι· τρεῖς ἀρχὰς, τὸν θεὸν, τὴν ὕλην, τὴν ἰδέαν· ἔστι δὲ ὁ θεὸς ὁ νοῦς, ὕλη δὲ τὸ ὑποκείμενον πρῶτον γενέσει καὶ φθορᾷ, ἰδέα δὲ οὐσία ἀσώματος ἐν τοῖς νοήμασι καὶ ταῖς φαντασίαις τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ θεὸς, νοῦς ἐστι τοῦ κόσμου.

Ἀριστοτέλης δὲ Νικομάχου Σταγειρίτης, ἀρχὰς μὲν

A. 6. ἀργὴς] Hæc, nisi Empedoclis, certe Pseudo Plutarchi est manus. Nam ex hoc Stobæus Ecl. Phys. p. 25. ita retulit: et consentiunt alii veterum, cum Sextus Emp. Adv. Phys. I, 362, tum quos ibi memoravit Fabric. Et vulgatum αἰθὴρ ineptum est hoc loco.

principia, Amicitiam et Discordiam, quorum hoc uniat res, alterum discernat. Sic autem ait,

> *Radices primum rerum tibi quatuor edam.*
> *Juppiter ætbereus, Juno vitalis, ad bos Dis,*
> *Et Nestis lacrymis humanos quæ rigat alveos.*

Jovis enim nomine ignem intelligit atque ætherem, Junonis vitalis aërem, Plutonis terram, Nestis et humanorum alveorum, semen et aquam.

SOCRATES Sophronisci filius Atheniensis, et PLATO Aristonis filius civis ejus, (ambo enim idem de Universo senserunt) tria statuunt principia, Deum, Materiam, Ideam. Mens est, quod Deum nominant: Materia primum rebus orientibus et intereuntibus subjectum: Idea, natura corporis expers, in conceptis Mentis et imaginationibus Dei: Deus autem Mens est mundi.

ARISTOTELES Nicomachi filius domo Stagirita, principia

ἐντελέχειαν, ἤτοι εἶδος, ὕλην, στέρησιν· στοιχεῖα δὲ τέτταρα, πέμπτον δέ τι σῶμα αἰθέριον ἀμετάβλητον.

Ζήνων Μνασέου Κιτιεὺς, ἀρχὰς μὲν τὸν θεὸν, καὶ τὴν ὕλην, ὧν ὁ μέν ἐστι τοῦ ποιεῖν αἴτιος, ἡ δὲ τοῦ πάσχειν, C στοιχεῖα δὲ τέτταρα.

Ἡ δὲ τούτων αἵρεσις Ἰταλικὴ προσηγορεύθη, διὰ τὸ τὸν Πυθαγόραν ἐν Ἰταλίᾳ σχολάσαι, μετέστη γὰρ ἀπὸ Σάμου τῆς πατρίδος, τῇ Πολυκράτους τυραννίδι δυσαρεστήσας.

δ'.

Πῶς συνέστηκεν ὁ κόσμος.

Ὁ τοίνυν κόσμος συνέστη περικεκλασμένῳ σχήματι ἐσχηματισμένος τὸν τρόπον τοῦτον. Τῶν ἀτόμων σωμάτων ἀπρονόητον καὶ τυχαίαν ἐχόντων τὴν κίνησιν, συνεχῶς τε καὶ τάχιστα κινουμένων εἰς τὸ αὐτὸ, πολλὰ σώματα συνηθροίσθη, καὶ διὰ τοῦτο ποικιλίαν ἔχοντα καὶ σχημάτων καὶ μεγεθῶν. Ἀθροιζομένων δ' ἐν ταὐτῷ τούτων, τὰ μὲν ὅσα μείζονα ἦν καὶ βαρύτατα, πάντως ὑπεκάθιζεν· ὅσα D

designavit, Formam quam *entelecheiam* dixit, Materiam, Privationem, Elementa quatuor: quintum, corpus quoddam æthereum immutabile.

ZENO Mnaseæ filius patria Citiensis, Deum efficiendi, Materiam perpetiendi principium posuit: tum elementa quatuor.

Horum secta Italica dicitur, a Pythagora, qui e Samo ob Polycratis tyrannidem sibi displicentem in Italiam commigravit, ibique scholam aperuit.

IV.

Quomodo coaluerit mundus.

Mundus undequaque confracta forma concrevit, hoc modo. Cum insectilia corpuscula (sic nunc atomos voco) fortuito moverentur, nulla motum gubernante providentia, continenterque et celerrime agitarentur; multa in unum collecta sunt corpora, ob eamque caussam magna iis fuit et figurarum et quantitatis varietas. Sic illis coactis, quæ majora erant et gravissima, utique subsederunt: quæ mi-

δὲ μακρὰ καὶ περιφερῆ καὶ λεῖα καὶ εὐόλισθα, ταῦτα καὶ ἐξεθλίβετο κατὰ τὴν τῶν σωμάτων σύνοδον, εἴς τε τὸ μετέωρον ἀνεφέρετο. Ὡς δ' οὖν ἐξέλιπε μὲν ἡ πληκτικὴ δύναμις μετεωρίζουσα, οὐκέτι δὲ ἦγεν ἡ πληγὴ πρὸς τὸ μετέωρον, ἐκωλύετο δὲ ταῦτα κάτω φέρεσθαι, ἐπιέζετο πρὸς τοὺς
E τόπους τοὺς δυναμένους δέξασθαι· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ πέριξ, καὶ πρὸς τούτοις τὸ πλῆθος τῶν σωμάτων περιεκλᾶτο, περιπλεκόμενα δὲ ἀλλήλοις κατὰ τὴν περίκλασιν τὸν οὐρανὸν ἐγέννησαν· τῆς δ' αὐτῆς ἐχόμεναι φύσεως αἱ ἄτομοι ποικίλαι οὖσαι, καθὼς εἴρηται, πρὸς τὸ μετέωρον ἐξωθούμεναι, τὴν τῶν ἀστέρων φύσιν ἀπετέλουν· τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀναθυμιωμένων σωμάτων ἔπληττε τὸν ἀέρα, καὶ τοῦτον ἐξέθλιβε· πνευματούμενος δὲ οὗτος κατὰ τὴν κίνησιν, καὶ συμπεριλαμβάνων τὰ ἄστρα, συμπεριῆγε ταῦτα, καὶ
F τὴν νῦν περιφορὰν αὐτῶν μετέωρον ἐφύλαττε. Κἄπειτα ἐκ μὲν τῶν ὑποκαθιζόντων ἐγεννήθη ἡ γῆ, ἐκ δὲ τῶν

D. 7. Ὡς δ' οὖν ἐξέλιπε—πρὸς τὸ μετέωρον] Horum alterutrum satis erat. Eandem tamen lectionem servavit Euseb. P. E. XV, 32.

E. 7. ἀναθυμιωμένων] Sic et Euseb. Attamen excidisse quid videtur: nec satisfacit editoris Lipf. ἀνωθουμένων: ut conjectura speciosum, non item pro scriptura recipi debebat.

nora, rotunda, lævia, ac lubrica fuere, elisa in concursu corporum, in sublime subvecta sunt. Postquam elanguit vis impellens, atque in sublime protrudens, reliqua, cum sursum efferri desiissent, neque deorsum ferri quirent, compulsa sunt ad loca recipiendo apta, nimirum ea quæ sunt in ambitu; ad hæc multitudo corporum reflexa est: cumque inter se cohærescerent inter reflectendum, cœlum genuerunt. Atomi autem eandem appetentes naturam, ac variæ, sicut dictum est, compulsæ in sublime astra confecerunt. Jam multitudo corporum exhalando sursum elatorum aërem percussit, eoque eliso, cum is motu in ventum esset redactus, complexus astra secum circumduxit, et eam sublimium corporum circumagitationem, quæ adhuc durat, effecit: deinde ex corporibus subsidentibus terra ex-

μετεωριζομένων οὐρανὸς, πῦρ, ἀήρ. Πολλῆς δὲ ὕλης ἔτι περιειλημμένης ἐν τῇ γῇ, πυκνουμένης τε ταύτης κατὰ τὰς ἀπὸ τῶν πνευμάτων πληγὰς, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἀστέρων αὔρας, προσεθλίβετο πᾶς ὁ μικρομερὴς σχηματισμὸς ταύτης, καὶ τὴν ὑγρὰν φύσιν ἐγέννα· ῥευστικῶς δὲ αὕτη διακειμένη κατεφέρετο πρὸς τοὺς κοίλους τόπους καὶ δυναμένους χωρῆσαί τε καὶ στέξαι, ἢ καθ' αὑτὸ τὸ ὕδωρ ὑποστὰν, ἐκοίλανε τοὺς ὑποκειμένους τόπους. Τὰ μὲν οὖν κυριώτατα μέρη τοῦ κόσμου τὸν τρόπον τοῦτον ἐγεννήθη.

ε'.

Εἰ ἓν τὸ πᾶν. 879

Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἕνα κόσμον ἀπεφήναντο, ὃν δὴ καὶ τὸ πᾶν ἔφασαν εἶναι καὶ τὸ σωματικόν.

Ἐμπεδοκλῆς δὲ, κόσμον μὲν ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν ὕλην.

A. 6. ἀργὴν ὕλην] Sic E. M. Pol. Jannot. Mez. proxime ad Ald. Baſ. et Coll. Nov. ἀρχὴν ὕλην. Galen. VII. Stob. Phyſ. p. 52. ὕλην. Euſeb. Venet. Voſſ. ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην. Deterius reliquis Steph. ἀρχὴν εἶναι.

ſtitit, ex ſubvectis in altum, effecta ſunt cœlum, ignis, aër. Cum autem multum materiæ etiamnum in terra eſſet comprehenſum, et ictibus ventorum condenſaretur, auriſque ab aſtris venientibus, omnis terræ figura exiguis conſtans partibus compreſſa fuit, humidamque produxit naturam. Hæc cum eſſet fluida, in cava defluxit et capacia ob ſoliditatem: aut ipſa per ſe aqua conſiſtens, ſubjecta loca excavavit. Hoc modo principes mundi partes ortæ ſunt.

V.

An unicus ſit Mundus.

Stoici unum Mundum eſſe pronunciaverunt, quem et *univerſum* appellant et *corporeum*.

Empedocles unum quidem Mundum, ſed hunc non eſſe idem cum Univerſo, verum exiguam Univerſi partem: reliquum eſſe otioſam materiam.

Πλάτων δὲ τεκμαίρεται τὸ δοκοῦν, ὅτι εἷς κόσμος, καὶ ἓν τὸ πᾶν, ἐκ τριῶν· ἐκ τοῦ μὴ εἶναι τέλειον, ἐὰν μὴ πάντα περιέχῃ· ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι ὅμοιον τῷ παραδείγματι, ἐὰν μὴ μονογενὴς ᾖ· ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι αὐτὸν ἄφθαρτον, ἐὰν ᾖ τι ἐξωτέρω αὐτοῦ. Πρὸς δὴ
B τὸν Πλάτωνα ῥητέον, ὅτι οὐ τέλειος ὁ κόσμος· οὐδὲ γὰρ πάντα περιέχει· καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐστὶ τέλειος, ἀλλ' οὐ πάντα περιέχει· καὶ πολλὰ παραδείγματά ἐστιν, ὥσπερ ἐπ' ἀνδριάντων καὶ οἰκιῶν καὶ ζωγραφιῶν· πῶς δὲ τέλειος, εἴπερ ἔξωθεν τι αὐτοῦ περιδινεῖσθαι δύναται; ἄφθαρτος δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ δύναται εἶναι, γεννητὸς ὤν.

Μητρόδωρος δέ φησιν ἄτοπον εἶναι ἐν μεγάλῳ πεδίῳ ἕνα στάχυν γεννηθῆναι, καὶ ἕνα κόσμον ἐν τῷ ἀπείρῳ. Ὅτι δὲ ἄπειρος κατὰ τὸ πλῆθος, δῆλον ἐκ τοῦ ἄπειρα τὰ

A. 7. τὸ δοκοῦν] Sic et Euseb. Nihilominus vitium subesse videtur. Bud. vertit *ut videtur*: nec aliter ex recto usu accipi potest: at huic loco non congruit.

B. 1. ὅτι οὐ τέλειος—περιέχει] Sententia postulat, ὅτι οὐδ', εἰ τέλειος ὁ κόσμος, πάντα περιέχει.

Plato unum esse Mundum, et unum Universum, ex tribus argumentis conjicit Plato: quod perfectus non esset, si non contineret omnia: quod non similis exemplari, si non unigenitus: quod non in sempiternum duraturus, si quid extra ipsum exstaret. Platoni vero objici potest, mundum esse perfectum, neque omnia tamen complecti: nam homo quoque perfectus est, neque tamen omnia continet: et multa ejus rei exempla suppeditant statuae, domus, picturae. Qui autem perfectus sit, extra quem aliquid circumagitari potest? Interitui autem neque non est, neque potest non esse obnoxius, cum sit ortus.

Metrodorus absurdum esse ait in magno agro unicam nasci spicam, et in infinito unicum mundum exstitisse, perinde absurdum. Esse autem infinitos numero mundos inde constare, quod infinitae sunt

αἴτια εἶναι· εἰ γὰρ ὁ μὲν κόσμος πεπερασμένος, τὰ δὲ αἴτια πάντα ἄπειρα, ἐξ ὧν ὅδε ὁ κόσμος γέγονεν, ἀνάγκη ἀπείρους εἶναι· ὅπου γὰρ τὰ πάντα γέγονε C αἴτια, ἐκεῖ καὶ τὰ ἀποτελέσματα· αἴτια δὲ, ἤτοι αἱ ἄτομοι, ἢ τὰ στοιχεῖα.

ϛ'.

Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον θεοῦ ἄνθρωποι.

Ὁρίζονται δὲ τὴν τοῦ θεοῦ οὐσίαν οἱ Στωϊκοὶ οὕτω, πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες οὐκ ἔχον μὲν μορφὴν, μεταβάλλον δὲ εἰς ἃ βούλεται, καὶ συνεξομοιούμενον πᾶσιν. Ἔσχον δὲ ἔννοιαν τούτου πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ κάλλους τῶν ἐμφαινομένων προσλαμβάνοντες· οὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε γίνεται, ἀλλὰ μετά τινος τέχνης δημιουργούσης. Καλὸς δὲ ὁ κόσμος· δῆλον δὲ ἐκ τοῦ D σχήματος, καὶ τοῦ χρώματος, καὶ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς περὶ τὸν κόσμον τῶν ἀστέρων ποικιλίας. Σφαιροειδὴς δὲ ὁ κόσμος· ὃ πάντων τῶν σχημάτων πρωτεύει· μόνον

C. 1. ὅπου γὰρ τὰ πάντα] Mez. Reisk. ὅπου γὰρ τὰ ἄπειρα, quod melius cum sententia loci congruit, quam vulgatum.

caussae. Nam si finitus esset mundus, caussae autem infinitae ex quibus hic mundus constat, necesse est infinitos esse. Ubi enim omnes adsunt caussae, ibi necesse est etiam effectus esse: caussae autem sunt vel atomi, vel elementa.

VI.

Unde Dei notitiam homines habuerint.

Dei naturam STOICI definiunt spiritum intelligentia praeditum, igneum, formae expertem, et in quam velit speciem se mutantem, ac rebus quibusvis assimilantem. Notionem Dei suggessit primum conspecta eorum quae in Mundo insunt pulchritudo: nihil enim pulchri temere et fortuito nascitur, sed ab arte aliqua efficitur. Mundum pulchrum esse, figura, color, magnitudo, et astrorum varietas arguunt. Globi forma est mundo, omnium facile praestantissima, quod sola omnibus

γὰρ τοῦτο τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ὁμοιοῦται· περιφερὴς δὲ ὤν, ἔχει τὰ μέρη περιφερῆ· διὰ τοῦτο γὰρ, κατὰ τὸν Πλάτωνα, ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ ἱερώτατον συνέστηκε νοῦς. Καὶ τὸ χρῶμα δὲ καλόν· κυανώσει γὰρ κέχρωσται, ὃ πορφύρας μέν ἐστι μελάντερον, στίλβουσαν δὲ ἔχει τὴν ποιότητα· καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῷ τῆς χροιᾶς συντόνῳ διακόπτων τηλικαύτην τοῦ ἀέρος ἀπόστασιν, ἐκ
E τοσούτων διαστημάτων θεωρεῖται. Καὶ ἐκ τοῦ μεγέθους καλός· πάντων γὰρ τῶν ὁμογενῶν τὸ περιέχον, καλὸν, ὡς ζῶον καὶ δένδρον. Ἐπιτελεῖ τὸ κάλλος τοῦ κόσμου καὶ τὰ φαινόμενα· ὁ μὲν γὰρ λοξὸς κύκλος ἐν οὐρανῷ διαφόροις εἰδώλοις πεποίκιλται.

Τῷ ἔνι καρκίνος ἐστὶ, λέων δ' ἐπὶ τῷ, μετὰ δ' αὐτὸν
Παρθένος, ἠδ' ἐπὶ αἱ χηλαὶ, καὶ σκορπίος αὐτός·
Τοξευτής τε καὶ αἰγόκερως· ἐπὶ δ' αἰγοκερῆϊ,
Ὑδροχόος, δύο δ' αὐτὸν ἐπ' ἰχθύες ἀστερόωντες·
Τοὺς δὲ μέτα κριὸς, ταῦρος δ' ἐπὶ τῷ, δίδυμοί τε·

F μυρία δ' ἄλλα καθ' ὁμοίας τοῦ κόσμου περικλάσεις πε-

ſuis partibus eſt ſimilis: cumque rotundus ſit, partes quoque habet rotundas: ideoque ſecundum Platonem mens, res diviniſſima, in capite ſedem habet. Color quoque cœli pulcher eſt: nam cœruleum purpura nigrius eſt, et fulget: atque ob fulgorem et vehementiam color hic tantum aëris intervallum penetrans tam procul diſſitum nobis cœlum dat conſpiciendum. Pulchritudinem etiam magnitudo ei conciliat. Nam in quovis genere id quod reliqua continet, pulchrum eſt, ut homo et arbor. Ea quoque ad pulchritudinem mundi faciunt, quæ nobis apparent. Obliquus enim in cœlo circulus, quem Zodiacum ſeu ſignifeſerum appellant, diverſis eſt ſimulacris diſtinctus.

Cancer ineſt illi, poſt hunc leo, virgo deinde,
Chelæ, ſcorpius, arcitenens, capricornus, aquai
Poſt illos fuſor, nitidi duo ſidera piſces,
Mox aries, taurus ſequitur, fratreſque gemelli.

Innumera autem alia ſimiles reflectiones in mundo effece-

ποίησιν. Ὅθεν καὶ Εὐριπίδης φησὶ,

——— τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ σέλας
Χρόνου, καλὸν ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ.

Ἐλάβομεν δὲ ἐκ τούτου ἔννοιαν θεοῦ· ἀεί τε γὰρ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων τὴν ὑπόγειον φορὰν ἐνεχθέντα, ὅμοια μὲν ἀνατέλλει τοῖς χρώμασιν, ἴσα δὲ τοῖς μεγέθεσι καὶ κατὰ τόπους καὶ κατὰ χρόνους τοὺς αὐτούς. Διόπερ οἱ τὸν περὶ τῶν θεῶν παραδόντες σεβασμὸν, διὰ τριῶν ἡμῖν ἐξέθηκαν εἰδῶν, πρῶτον μὲν τοῦ φυσικοῦ, δεύτερον δὲ τοῦ μυθικοῦ, τρίτον δὲ τοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐκ 88
τῶν νόμων εἰληφότος, διοικεῖσθαι· διδάσκεται δὲ τὸ μὲν φυσικὸν ὑπὸ τῶν φιλοσόφων, τὸ δὲ μυθικὸν ὑπὸ τῶν ποιητῶν, τὸ δὲ νομικὸν ἐφ' ἑκάστης ἀεὶ πόλεως συνίσταται. Διαιρεῖται μὲν δὴ πᾶσα διδαχὴ εἰς εἴδη ἑπτά. Καὶ πρῶτον μὲν, τὸ ἐκ τῶν φαινομένων καὶ μετεώρων· θεοῦ γὰρ ἔννοιαν ἔσχον ἀπὸ τῶν φαινομένων ἀστέρων, ὁρῶντες

F. 4. Χρόνον] Sextus Emp. Adv. Math. IX.—τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας Χρόνου—. Mez. Χορόν. Colleg. Nov. Θρόνον.

F. 9. οἱ τὸν περὶ] Sic E. Venet. Voſſ. Moſc. T. V. Vulgo, οἱ περί.

A. 2. διοικεῖσθαι] Hoc ita ſtare nequit. Aut excidit quid; ut integra oratio fuerit—εἰληφότος, οἷς εἰώθαμεν διοικεῖσθαι. Aut ortum ex διοικεῖται, varia lectione proximi διδάσκεται. Interea commate et vertendo ad διὰ retuli.

runt. Unde et Euripides,

Cœli renidens pulchris ſideribus jubar,
Varium ſapientis opus artificis.

Id quoque nos ad Dei cognitionem deduxit, quod cum Sol, Luna, et reliquæ ſtellæ infra terram deferuntur, eadem rurſus magnitudine, colore, locis, temporibuſque iiſdem oriuntur. Itaque ii qui cultum Deorum nobis tradiderunt, expoſuerunt nobis, eum adminiſtrari tribus formis, naturali, fabuloſa, teſtimonio legum: naturalem philoſophi, fabuloſam poëtæ docent, leges ſuas ſingulæ habent civitates. Tota doctrina in ſeptem tribuitur partes. Prima eſt eorum quæ in cœlo et ſublimi fiunt obſervatio: homines enim cœperunt Deum agnoſcere, cum viderent ſtellas tantam concinnitatem

τούτους μεγάλης συμφωνίας ὄντας αἰτίους, καὶ τεταγμένας
ἡμέραν τε καὶ νύκτα, χειμῶνά τε καὶ θέρος, ἀνατολάς
τε καὶ δυσμάς· καὶ τὰ ὑπὸ τῆς γῆς ζωογονούμενα
B καὶ καρπογονούμενα· διὸ πατὴρ μὲν ἔδοξεν αὐτοῖς ὁ οὐ-
ρανὸς ὑπάρχειν, μήτηρ δὲ ἡ γῆ· τούτων δὲ ὁ μὲν
οὐρανὸς, πατὴρ, διὰ τὸ τὰς τῶν ὑδάτων ἐκχύσεις,
σπερμάτων ἔχειν τάξιν, ἡ δὲ γῆ μήτηρ, διὰ τὸ δέ-
χεσθαι ταῦτα καὶ τίκτειν· βλέποντες δὲ ἀεὶ τοὺς ἀστέρας
θέοντας, αἰτίους τε τοῦ θεωρεῖν ἡμᾶς ἥλιον τε καὶ σελήνην,
θεοὺς προσηγόρευσαν. Εἰς δεύτερον δὲ καὶ τρίτον τόπον
τοὺς θεοὺς διεῖλον, εἴς τε τὸ βλάπτον καὶ τὸ ὠφελοῦν· καὶ
τοὺς μὲν ὠφελοῦντας, Δία, Ἥραν, Ἑρμῆν, Δήμητραν·
τοὺς δὲ βλάπτοντας Ποινὰς, Ἐριννύας, Ἄρην, τούτους
C ἀφοσιούμενοι χαλεποὺς ὄντας καὶ βιαίους. Τέταρτον καὶ
πέμπτον προστεθείκασι τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς πά-
θεσι, καθάπερ Ἔρωτα, Ἀφροδίτην, Πόθον· πραγμά-
των δὲ, Ἐλπίδα, Δίκην, Εὐνομίαν. Ἕκτον δὲ τόπον
προσέλαβε τὸ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεπλασμένον· Ἡσίοδος

efficere, ac dies noctesque, æstate et hyeme suos servare statos ortus atque obitus: indeque terram animantia et fructus proferre. Itaque pro patre cœlum, pro matre terram acceperunt: patrem illum, quod aquam instar seminis effunderet, matrem hanc quod conciperet et pareret. Cumque viderent stellas perpetuo moveri, et in caussa nobis esse, ut Solem et Lunam contemplaremur, Deorum iis nomen fecerunt a cursu ductum. Secundo et tertio loco Deos distinxerunt in utiles, Jovem scilicet, Junonem, Mercurium, Cererem: et damnosos, Diras, Furias, Martem, quos ut violentos et sævos placant sacris atque avertunt. Quartum et quintum locum rebus et motibus animi adsignaverunt, ut Amori, Veneri, Desiderio, et de rebus Spei, Justitiæ, Æquitati. Sextum locum figmenta poëta-

γὰρ βουλόμενος τοῖς γεννητοῖς θεοῖς πατέρας συστῆσαι, εἰσήγαγε τοιούτους αὐτὸς γεννήτορας,

Κοῖόν τε, Κρεῖόν θ', Ὑπερίονά τ', Ἰαπετόν τε·

διὰ τοῦτο καὶ μυθικὸν κέκληται. Ἕβδομον δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὸ διὰ τὰς εἰς τὸν κοινὸν βίον εὐεργεσίας ἐκτετιμημένον, ἀνθρωπίνως δὲ γεννηθέντας, ὡς Ἡρακλέα, ὡς Διοσκούρους, ὡς Διόνυσον. Ἀνθρωποειδεῖς δ' αὐτοὺς ἔ- D
φασαν εἶναι, διότι τῶν μὲν ἁπάντων τὸ θεῖον κυριώτατον, τῶν δὲ ζώων ἄνθρωπος κάλλιστον, καὶ κεκοσμημένον ἀρετῇ διαφόρως κατὰ τὴν τοῦ νοῦ σύστασιν, τὸ κράτιστον· τοῖς οὖν ἀριστεύουσι τὸ κράτιστον ὁμοίως καὶ καλῶς ἔχειν διενοήθησαν.

C. 6. πατέρας—αὐτὸς] Primum ſumſi ex Moſc. pro πατέρα. Mox legendum τοιούτους αὐτοῖς, quo tendere videtur lectio codicis M. τοιούτους αὐτός.
D. 3. καὶ κεκοσμημένον—διενοήθησαν] καὶ additum ex Moſc. καλῶς, pro vulgata κακῶς, eſt ex Voſſ. Colleg. Nov. Moſc. P. T. V. Ultimum καὶ, ante καλῶς, ſi deleas, probabilis erit locus, nec tam emendationem requiret quam interpretationem: idcirco in Verſione a nobis expreſſam.

rum occupaverunt. Heſiodus enim cum genitis Diis vellet patres dare, hos Deorum genitores protulit,

Cœumque, Induperantem, Hyperionaque, Iapetumque.

itaque hic locus fabuloſus dicitur. Septimus iis eſt tributus, qui ob beneficia in uſum communis vitæ collata honoribus divinis ſunt affecti, humano nati more, ut Hercules, Caſtor et Pollux, Bacchus. Formam humanam Diis adſcripſerunt, quia omnium rerum principatus eſt penes Numen: omnium autem animalium pulcherrimum eſt homo, et præſtantiſſimum idem, quippe eximie ornatum virtute propter Mentis dotem. Itaque cenſuerunt, ſimiliter Deos, ut principes virtute, decere præſtantiſſimam formam, id eſt humanam.

ζʹ.

Τίς ἐστιν ὁ θεός.

quod coactum est a pectore, rursum in se recipit: quartus, quo id ipsum foras evomit. Horum motuum duos esse, dilatationes, cum scilicet vel externum attrahit in se aërem, vel redditum a pectore in se admittit: reliquos esse, contractiones, quando scilicet pectus spiritum ad se trahit, vel foras pulmo a pectore traditum expellit. Pectoris enim duo tantum sunt motus, unus dilatatio, cum a pulmone spiritum ad se trahit: alter contractio, cum ei superfluum reddit.

XXIII.

De affectionibus corporis, et an in Animam eæ redundent.

Stoici affectus ponunt in locis affectis: sensus autem in principe parte.

Ἐπίκουρος, καὶ τὰ πάθη καὶ τὰς αἰσθήσεις, ἐν τοῖς πεπονθόσι τόποις· τὸ γὰρ ἡγεμονικὸν, ἀπαθές.

Στράτων, καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καὶ τὰς αἰσθήσεις, ἐν τῷ ἡγεμονικῷ, οὐκ ἐν τοῖς πεπονθόσι τόποις συνίστασθαι· ἐν γὰρ ταύτῃ κεῖσθαι τὴν ὑπομονὴν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν δεινῶν καὶ ἀλγεινῶν, καὶ ὥσπερ ἐπὶ ἀνδρείων καὶ δειλῶν.

C. 9. κεῖσθαι] Sic Galen. P. E. Venet. Colleg. Nov. et vertendo expresserunt Bud. Xyl. Vulgo, κινεῖσθαι.

Epicurus, tam affectus quam ſenſus in locis affectis: quod ſtatuit partem principem omnis eſſe affectionis expertem.

Strato et animi affectus, et ſenſus in principe parte collocat, non in affectis locis. In hac enim parte eſſe ſitam tolerantiam, ut in terribilibus et dolorem adferentibus, utque in fortibus et timidis.

D # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΑΡΕΣΚΟΝΤΩΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΙΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

PLUTARCHI

DE

PLACITIS PHILOSOPHORUM

LIBER QUINTUS.

α΄.

Περὶ μαντικῆς.

E ΠΛΑΤΩΝ καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὴν μαντικὴν εἰσάγουσι κατὰ τὸ ἔνθεον, ὅπερ ἐστὶν ἐνθουσιαστικόν· κατὰ θειότητα τῆς ψυχῆς, ὅπερ εἶπεν ἐνθουσιαστικόν· καὶ τὸ

E. 1. Πλάτων—ὀνειροπολικόν] Minus prave, nec tamen sincere, Galenus. Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὴν μαντικὴν εἰσάγουσι· καὶ γὰρ θεόπεμπτον εἶναι ὅπερ ἐστὶν ἐνθεαστικόν, καὶ κατὰ θειότητα τῆς ψυχῆς, ὅπερ ἐστὶν ἐνθουσιαστικόν, καὶ τὸ ὀνειροπολικὸν καὶ τὸ ἀστρονομικόν, καὶ τὸ ὀρνεοσκοπικόν. Illa, κατὰ θειότητα—ἐνθουσιαστικόν, cum Mez. et Reisk. delenda ut temere ex antecedenti dictione repetita.

I.
De Divinatione.

PLATO et Stoici Divinationem introduxerunt, quae sit divinus mentis instinctus, secundum Animi divinitatem. Huc etiam divinationem ex insomniis referunt:

ὀνειροπολικόν· ἤτοι τὰ πλεῖστα μέρη τῆς μαντικῆς ἐγκρίνουσιν.

Ξενοφάνης καὶ Ἐπίκουρος ἀναιροῦσι τὴν μαντικήν.

Πυθαγόρας δὲ μόνον τὸ θυτικὸν οὐκ ἐγκρίνει.

Ἀριστοτέλης καὶ Δικαίαρχος τὸ κατ' ἐνθουσιασμὸν μόνον παρεισάγουσι καὶ τοὺς ὀνείρους, ἀθάνατον μὲν εἶναι οὐ νομίζοντες τὴν ψυχήν, θείου δέ τινος μετέχειν αὐτήν.

β'.

Πῶς ὄνειροι γίνονται.

Δημόκριτος, τοὺς ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων F
παραστάσεις.

Στράτων, ἀλόγῳ φύσει τῆς διανοίας ἐν τοῖς ὕπνοις αἰσθητικωτέρας μὲν πως γινομένης, παρ' αὐτὸ δὲ τοῦτο τῷ γνωστικῷ κινουμένης.

Ἡρόφιλος, τοὺς ὀνείρους τοὺς θεοπνεύστους κατ' ἀνάγ-

F. 4. παρ' αὐτὸ δὲ τοῦτο] Sic Voss. ut correxit Reisk. Vulgo, παρ' αὐτῷ δὲ τούτῳ.

F. 5. τῷ γνωστικῷ κινουμένης] Magis proprium in hac re, γνωστικῶς κινουμένης: ut et Reisk. vidit.

F. 6. θεοπνεύστους] θεοπέμπτους reposuit editor Lipſ. ut ex Gal. et Moſc. At in neutro hæc reperio. Sane, non eſt quare compilatori elegantias obtrudamus.

denique plurimas divinandi rationes probant.

XENOPHANES et EPICURUS Divinationem rejiciunt.

PYTHAGORAS eam duntaxat partem improbat, quæ conſtat ſacrificiis.

ARISTOTELES et DICÆARCHUS eas ſolum Divinationes admittunt quæ furore divinitus immiſſo, aut inſomniis fiunt: Animam non immortalem eſſe, ſed divina quadam re impertiri tamen ſentientes.

II.

Quæ Inſomniorum ratio.

DEMOCRITUS acceſſu imaginum ea fieri putavit.

STRATO, quod animi bruta natura in ſomnis aliquo modo plus ſenſus nanciſcatur, itaque a mente cieatur.

HEROPHILUS, ſomnia *divinitus inſpirata* neceſſario fieri:

κλῆσιν γίνεσθαι· τοὺς δὲ φυσικοὺς ἀνειδωλοποιουμένης ψυχῆς τὸ συμφέρον αὐτῇ καὶ τὸ πρὸς τούτοις ἐσόμενον· τοὺς δὲ συγκραματικοὺς, ἐκ τοῦ αὐτομάτου κατ' εἰδώλων προσπίπτωσιν, ὅταν ἃ βουλόμεθα βλέπωμεν, ὡς ἐπὶ τῶν τὰς ἐρωμένας ἔχειν ἐν ὕπνῳ γίνεται.

905 γ'.

Τίς ἡ οὐσία τοῦ σπέρματος.

Ἀριστοτέλης, Σπέρμα ἐστὶ τὸ δυνάμενον κινεῖν ἐν ἑαυτῷ εἰς τὸ ἀποτελέσαι τι τοιοῦτον οἷον ἐστὶ τὸ ἐξ οὗ συνεκρίθη.

Πυθαγόρας, ἀφρὸν τοῦ χρηστοτάτου αἵματος τὸ σπέρμα, περίττωμα τῆς τροφῆς, ὥσπερ τὸ αἷμα καὶ μυελόν.

Ἀλκμαίων, ἐγκεφάλου μέρος.

Πλάτων, μυελοῦ τοῦ νωτιαίου ἀπόρροιαν.

Ἐπίκουρος, ψυχῆς καὶ σώματος ἀπόσπασμα.

F. 8. πρὸς τούτοις] Malim πρὸς τούτῳ.
F. 9. συγκραματικοὺς] Galen. συγκριματικούς. An legendum συγκριματικούς.
F. 11. ἔχειν ἐν ὕπνῳ γίνεται] Forte supplendum ἔχειν οἰομένων, ut voluit Xyl. M. pro ἔχειν habet ἐχόντων. In fine γίνεται est ex Venet. Colleg. Nov. Mosc. pro vulgato γίνονται.
A. 5. συνεκρίθη] ἐξεκρίθη Mez.

naturalia, imaginando ſibi Anima repræſentante quod expediat, et eventurum ſit: *mixta*, fortuito et appulſu imaginum, cum videmus per quietem quæ volumus: quo modo amicarum complexu in ſomno potiri ſe putant nonnulli.

III.

Quæ ſit Seminis natura.

Aristoteli ſemen eſt id quod præditum eſt facultate movendi, donec tale aliquid abſolvat, quale eſt unde ipſum fuit excretum.

Pythagoras, ſpumam utiliſſimi ſanguinis, ſuperfluitatem alimenti, ſicut ſanguinem et medullam.

Alcmæo, partem cerebri.

Plato, a medulla dorſi derivatam rem.

Epicurus, particulam corpori et animæ avulſam.

Δημόκριτος, ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων καὶ τῶν κυριωτάτων μερῶν ὁ γόνος τῶν σαρκικῶν ἰνῶν.

δ'.

Εἰ σῶμα τὸ σπέρμα. B

Λεύκιππος καὶ Ζήνων, σῶμα· ψυχῆς γὰρ εἶναι ἀπόσπασμα.

Πυθαγόρας, Πλάτων, Ἀριστοτέλης, ἀσώματον μὲν εἶναι τὴν δύναμιν τοῦ σπέρματος, ὥσπερ νοῦν τὸν κινοῦντα· σωματικὴν δὲ τὴν ὕλην τὴν προχεομένην.

Στράτων καὶ Δημόκριτος, καὶ τὴν δύναμιν σῶμα· πνευματικὴ γάρ.

ε'.

Εἰ καὶ αἱ θήλειαι προΐενται σπέρμα.

Πυθαγόρας, Ἐπίκουρος, Δημόκριτος, καὶ τὸ θῆλυ προΐεσθαι σπέρμα, ἔχει γὰρ παραστάτας ἀπεστραμμένους· διὰ τοῦτο καὶ ὄρεξιν ἔχει περὶ τὰς χρήσεις.

A. 12. ὁ γόνος τῶν σαρκικῶν ἰνῶν] Plenius Galen. οἷον τῶν σαρκικῶν, ὀστῶν, καὶ ἰνῶν τὸν γόνον ἀποῤῥεῖν.

DEMOCRITUS, a totis corporibus et præcipuis partibus semen genitale est carnearum venarum.

IV.

An Semen sit corpus.

LEUCIPPO et ZENONI corpus est: esse enim aliquid ab Anima avulsum.

PYTHAGORAS, PLATO, ARISTOTELES, vim seminis incorpoream dicunt, sicut mentem moventem, corpoream autem materiam quæ profunditur.

STRATO et DEMOCRITUS, ipsam quoque vim corpus esse, quippe spiritum.

V.

An fœminæ etiam semen promittant.

Affirmant hoc PYTHAGORAS, EPICURUS, DEMOCRITUS: habere enim adstites testiculares, sed inverso modo; ideoque eas etiam præter usum appetere.

C Ἀριστοτέλης καὶ Ζήνων, ὕλην μὲν ὑγρὰν προΐεσθαι οἱονεὶ ἀπὸ τῆς συγγυμνασίας ἱδρῶτας, οὐ μὴν σπερματικόν.

Ἵππων, προΐεσθαι μὲν σπέρμα τὰς θηλείας οὐχ ἥκιστα τῶν ἀρρένων, μὴ μέντοι γε εἰς ζωογονίαν τοῦτο συμβάλλεσθαι, διὰ τὸ ἐκτὸς πίπτειν τῆς ὑστέρας· ὅθεν ὀλίγας προΐεσθαι πολλάκις δίχα τῶν ἀνδρῶν σπέρμα, καὶ τὰς μάλιστα χηρευούσας, καὶ εἶναι τὰ μὲν ὀστᾶ παρὰ τοῦ ἄρρενος, τὰς δὲ σάρκας παρὰ τῆς θηλείας.

ς'.

Πῶς αἱ συλλήψεις γίνονται.

Ἀριστοτέλης, τὰς μὲν συλλήψεις γίνεσθαι προανελκομένης μὲν ὑπὸ τῆς καθάρσεως τῆς μήτρας, τῶν δὲ καταμηνίων συνεπισπωμένων ἀπὸ τοῦ παντὸς ὄγκου μέ-
D ρος τι τοῦ καθαροῦ αἵματος, ὡς συμβαίνειν τὸ τοῦ ἄρρενος γόνον· μὴ γίνεσθαι δὲ τὰς κυήσεις παρ' ἀκαθαρσίαν τῆς

C. 2. σπερματικόν] Forte, σπερματικήν. Mosc. σπέρμα σπερματικόν.
C. 7. ὀλίγας] Forte, οὐκ ὀλίγας.
C. 8. καὶ τὰς μάλιστα] Immo, καὶ μάλιστα τάς.
D. 1. ὡς συμβαίνειν] Puto legendum vel ᾧ συμβαίνειν, cum Reiskio: vel ὡς συμμένειν.

ARISTOTELES et ZENO, humidam materiam emitti ab iis, ficut ab exercitatione sudores eliciuntur: non tamen vim habere feminis.

HIPPON, haud minus feminis eas, quam mares, emittere, sed id non facere ad prolem generandam, quia extra uterum excidat: ideoque quasdam sæpenumero absque viris semen effundere, maxime viduas: et ossa a mare, carnes a mulieribus originem habere.

VI.

Quomodo conceptio fiat.

ARISTOTELES, fieri matrice sursum attracta a purgatione, menstruisque attrahentibus ab universa mole aliquid puri sanguinis, qui accidat semini maris. Non concipi, ob impuritatem vulvæ, aut infla-

μήτρας, ἢ ἐμπνευμάτωσιν, ἢ φόβον, ἢ λύπην, ἢ ἀσθένειαν τῶν γυναικῶν, ἢ δι' ἀτονίαν τῶν ἀνδρῶν.

ζ.

Πῶς ἄῤῥενα γίνεται καὶ θήλεα.

Ἐμπεδοκλῆς, ἄῤῥενα καὶ θήλεα γίνεσθαι παρὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα· ὅθεν ἱστορεῖται τοὺς μὲν πρώτους ἄῤῥενας πρὸς ἀνατολῇ καὶ μεσημβρίᾳ γεγενῆσθαι μᾶλλον ἐκ τῆς γῆς, τὰς δὲ θηλείας πρὸς ταῖς ἄρκτοις.

Παρμενίδης, ἀντιστρόφως· τὰ μὲν πρὸς ταῖς ἄρκτοις, ἄῤῥενα βλαστῆσαι, τοῦ γὰρ πυκνοῦ μετέχειν πλείονος· τὰ δὲ πρὸς ταῖς μεσημβρίαις, θήλεα, παρὰ τὴν ἀραιότητα. E

Ἱππῶναξ, παρὰ τὸ συνεστὸς, καὶ ἰσχυρὸν, ἢ παρὰ τὸ ῥευστικόν τε καὶ ἀσθενέστερον σπέρμα.

Ἀναξαγόρας, Παρμενίδης, τὰ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν καταβάλλεσθαι εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς μήτρας, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν εἰς τὰ ἀριστερά· εἰ δ' ἐναλλαγῇ τὰ τῆς καταβολῆς, γίνεσθαι θήλεα.

E. 2. Ἱππῶναξ] Immo, Ἵππων, ut vidit Xyl.
E. 2. συνεστὸς—παρὰ τὸ ῥευστικόν] Prius est ex Colleg. Nov. et Xyl. Collocatio verborum est ex Mez. Reisk. partim etiam Colleg. Nov. ἢ omittente. Vulgo, συνεστὼς, ἢ καὶ ἰσχυρὸν, παρὰ τὸ ῥευστικόν.

tionem, metum, ægritudinem, infirmitatemve mulierum: aut quia viri languent.

VII.

Quomodo mares nascantur, quomodo fœminæ.

EMPEDOCLES caussam calori et frigori tribuit: itaque narrant, primos homines e terra enatos, ad ortum Solis et meridiem sitis in partibus exstitisse fere mares, fœminas in septentrionalibus.

PARMENIDES, contra in his exstitisse mares, quia plus his densitatis inest: in meridionalibus autem fœminas, ob raritatem.

HIPPONAX, pro eo atque semen vel consistat et validum sit, vel diffluat et infirmius sit.

ANAXAGORAS, PARMENIDES, semen a dextra parte in dextram uteri partem conjici, a sinistra in sinistram: quod si secus fiat, fœminas concipi.

Λεωφάνης, οὗ μέμνηται Ἀριστοτέλης, τὰ μὲν ἐκ τοῦ δεξιοῦ διδύμου, τὰ δὲ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ.

F Λεύκιππος, διὰ τὴν παραλλαγὴν τῶν μορίων, καθ' ἣν ὁ μὲν καυλὸν, ἡ δὲ μήτραν ἔχει· τοσοῦτον γὰρ μόνον λέγει.

Δημόκριτος, τὰ μὲν κοινὰ μέρη, ἐξ ὁποτέρου ἂν τύχῃ· τὰ δ' ἰδιάζοντα, καὶ κατ' ἐπικράτειαν.

Ἱππῶναξ, εἰ μὲν ἡ γονὴ κρατήσῃ, ἄρρεν· εἰ δ' ἡ τροφὴ, θῆλυ.

η'.

Πῶς τέρατα γίνεται.

Ἐμπεδοκλῆς, τέρατα γίνεσθαι παρὰ πλεονασμὸν σπέρματος, ἢ παρ' ἔλλειψιν, ἢ παρὰ τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν, ἢ παρὰ τὴν εἰς πλείω διαίρεσιν, ἢ παρὰ τὸ
906 ἀπονεύειν· οὕτω προειληφὼς φαίνεται σχεδόν τι πάσας τὰς ἀπολογίας.

E. 8. Λεωφάνης] Galen. Κλεοφάνης probabilius, ut recte judicat Corsin. Sed scribendum Κλεοφάνης, quo ducit Mosc. Λεοφάνης.
F. 6. Ἱππῶναξ] Immo Ἵππων, ut supra.
F. 12. ἀρχὴν] Legendum, ταραχὴν, ut vertit Budæus, indeque susceptum probavit Corsinus: item correxit Jun. Mez. Voss. in margine, et vertit Amiot.

LEOPHANES, cujus Aristoteles meminit, illos e dextro testiculo, has e sinistro seminari.

LEUCIPPUS, secundum variationem membrorum, quod mas caulem, matricem fœmina habet. Tantum enim duntaxat dicit.

DEMOCRITUS, communes partes promiscue ex utro contigerit; peculiares, prout alter prævaluerit.

HIPPONAX, si semen prævaluerit, marem: si alimentum, fœminam concipi.

VIII.

Monstra ut nascantur.

EMPEDOCLES, vel abundantia vel defectu seminis, aut a motus perturbatione, aut divisione in plura, aut quod alio vergat: sic videtur fere omnes caussas complexus.

Στράτων, παρὰ πρόσθεσιν, ἢ ἀφαίρεσιν, ἢ μετάθεσιν, ἢ πνευμάτωσιν.

Τῶν ἰατρῶν τινες, παρὰ τὸ διαστρέφεσθαι τότε τὴν μήτραν ἐμπνευματουμένην.

θ'.

Διὰ τί ἡ γυνὴ πολλάκις συνουσιάζουσα οὐ συλλαμβάνει.

Διοκλῆς ὁ ἰατρὸς, ἢ παρὰ τὸ μηδ' ὅλως ἐνίας σπέρμα προΐεσθαι· ἢ παρὰ τὸ, ἔλαττον τοῦ δέοντος· ἢ διὰ τὸ, τοιοῦτον ἐν ᾧ τὸ ζωοποιητικὸν οὐκ ἔστιν· ἢ διὰ θερμασίας, ἢ ψύξεως, ἢ ὑγρασίας, ἢ ξηρότητος ἔνδειαν, ἢ κατὰ παράλυσιν τῶν μορίων.

Οἱ δὲ Στωϊκοὶ, κατὰ λοξότητα τοῦ καυλοῦ, μὴ δυνα- B
μένου τὸν γόνον εὐθυβολεῖν· ἢ παρὰ τὸ ἀσύμμετρον τῶν μορίων, ὡς πρὸς τὴν ἀπόστασιν τῆς μήτρας.

Ἐρασίστρατος παρὰ τὴν μήτραν ὅταν τύλους ἔχῃ, καὶ σαρκώδης, ἢ ἀραιοτέρα ἢ τοῦ κατὰ φύσιν, ἢ μικροτέρα.

A. 10. προΐεσθαι] Haud scio an corrigendum sit προσίεσθαι. Nisi forte duo Dioclis loci, hic et cap. 13, in unum confusi, aut unus in duos divulsus sit.

STRATO, propter additionem, aut deminutionem, transpositionem, inflationem.

MEDICORUM quidam, quod tunc matrix flatibus illapsis pervertatur.

IX.

Cur mulier saepius concumbens non concipiat.

DIOCLES medicus caussam esse putat, quod vel omnino nullum, vel justo minus semen emittat, aut proli gignendae non aptum ob calorem, aut frigus, aut humiditatem, aut siccitatem deficientem, aut ob resolutionem uteri.

STOICI, obliquitatem veretri, quod non possit recta ejaculari semen: aut quia membra coëuntium non sint inter se legitima proportione condita ad matricis distantiam.

ERASISTRATUS, ubi vulva callos contraxerit: aut carnosior, rariorve, aut minor fuerit quam natura exigat.

ι'.

Πῶς δίδυμα καὶ τρίδυμα γίνεται.

Ἐμπεδοκλῆς, δίδυμα καὶ τρίδυμα γίνεσθαι κατὰ πλεονασμὸν καὶ περισχισμὸν τοῦ σπέρματος.

Ἀσκληπιάδης, παρὰ τὴν τῶν σπερμάτων διαφορὰν, ὥσπερ τὰς κριθὰς διστίχους καὶ τριστίχους· εἶναι γὰρ σπέρματα γονιμώτατα.

c Ἐρασίστρατος, διὰ τὰς ἐπισυλλήψεις, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων· ὅταν γὰρ ἡ μήτρα εἴη κεκαθαρμένη, τότε ἐπισύλληψιν δέχεται.

Οἱ Στωϊκοὶ, παρὰ τοὺς ἐν τῇ μήτρᾳ τόπους, ὅταν γὰρ εἰς πρῶτον καὶ δεύτερον ἐμπέσῃ τὸ σπέρμα, τότε γίνεσθαι τὰς ἐπισυλλήψεις καὶ τὰ τρίδυμα.

ια'.

Πόθεν γίνονται τῶν γονέων ὁμοιώσεις καὶ τῶν προγόνων.

Ἐμπεδοκλῆς, ὁμοιότητας γίνεσθαι κατ' ἐπικράτειαν

C. 1. ἐπισυλλήψεις] Sic Gal. margo Voſſ. Jun. Bud. Vulgo, συλλήψεις.
C. 3. ἐπισύλληψιν δέχεται] Ita margo Voſſ. Bud. conjecit item Xyl. Vulgo, et Galen. ἐπὶ σύλληψιν ἔρχεται.
C. 4. ἐν τῇ μήτρᾳ—σπέρμα] Ita Galen. et partim Moſc. in addendis duabus prioribus vocibus. Nam vulgo mendoſe legitur, ἐν μήτρᾳ τόπους ὅταν εἰς πρῶτον καὶ δεύτερον ἐμπέσῃ σπέρμα.

X.

Quomodo gemini et tergemini naſcantur.

Empedocles, ob abundantiam et diviſionem ſeminis.

Asclepiades, ob corporum differentiam: ſicut hordei ſpicæ exſiſtunt duobus aut etiam tribus granorum ordinibus: eſſe enim ſemina fœcundiſſima.

Erasistratus, ob ſuperfœtationes, ut in brutis: cum enim matrix purgata eſt, tunc ſuperfœtationem admittit.

Stoici, ob loca quæ ſunt in utero: cum enim in primum et ſecundum inciderit ſemen, tunc fieri ſuperfœtationem et tergeminos naſci.

XI.

Quæ cauſſa, quod proles parentum aut etiam progenitorum ſimilitudinem refert.

Empedocles ſimilitudinem defert ſemini prævalenti,

τῶν σπερματικῶν χρόνων· ἀνομοιότητας δὲ, τῆς ἐν τῷ σπέρ- D
ματι θερμασίας ἐξατμισθείσης.

Παρμενίδης, ὅταν μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς μήτρας ὁ γόνος ἀποκριθῇ, τοῖς πατράσιν· ὅταν δὲ ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ, ταῖς μητράσιν.

Οἱ Στωϊκοὶ, ἀπὸ τοῦ σώματος ὅλου καὶ τῆς ψυχῆς φέρεσθαι τὰ σπέρματα, καὶ τὰς ὁμοιότητας ἀναπλάττεσθαι ἐκ τῶν αὐτῶν γενῶν τοὺς τύπους καὶ τοὺς χαρακτῆρας, ὥσπερανεὶ ζωγράφον ἀπὸ ὁμοίων χρωμάτων εἰκόνα τοῦ βλεπομένου· προΐεσθαι δὲ καὶ τὴν γυναῖκα σπέρμα· κἂν μὲν ἐπικρατήσῃ τὸ τῆς γυναικὸς, ὅμοιον εἶναι τὸ γεννώμενον τῇ μητρί· ἐὰν δὲ τὸ τοῦ ἀνδρὸς, τῷ ἀνδρί. E

ιβ'.

Πῶς ἄλλοις γίνονται ὅμοιοι καὶ οὐ τοῖς γονεῦσιν.

Οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν, τυχικῶς καὶ αὐτομάτως ἐκ τοῦ ὅταν διαψυχθῇ τὸ σπέρμα καὶ τὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ τῆς γυναικὸς, ἀνόμοια γίνεσθαι τὰ παιδία.

Ἐμπεδοκλῆς, τῇ κατὰ τὴν σύλληψιν φαντασίᾳ τῆς γυν-

E. 1. τῷ ἀνδρί] Galen. τῷ πατρί.

dissimilitudinem evaporationi caloris qui in semine erat.

Parmenides, si a dextra vulvæ parte semen excernatur, patrum: si a sinistra, matrum similes nasci.

Stoici, a toto corpore et Anima ferri semen, exprimique imagines et effigies ex eadem gente, perinde atque si pictor rei conspectæ similitudinem coloribus similibus referat: præterea a muliere quoque semen emitti: quod si prævaleat, matri: si viri, patri similem nasci fœtum.

XII.

Quomodo aliorum, non parentum, forma similes fiant.

Medicorum plerique fortuito casu refrigeratis maris et fœminæ seminibus dissimilem gigni prolem putant.

Empedocles, imaginatione mulieris inter concipien-

αὐτὸς μορφοῦσθαι τὰ βρέφη· πολλάκις γὰρ εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων ἠράσθησαν γυναῖκες, καὶ ὅμοια τούτοις ἀπέτεκον.

Οἱ Στωϊκοὶ, συμπαθείᾳ τῆς διανοίας, κατὰ ῥευμάτων εἰσκρίσεις καὶ ἀκτίνων, οὐκ εἰδώλων, γίνεσθαι τὰς ἀλλήλων ὁμοιότητας.

ιγʹ.

Πῶς στεῖραι γίνονται γυναῖκες, καὶ ἄγονοι ἄνδρες.

Οἱ ἰατροὶ στείρας γίνεσθαι παρὰ τὴν μήτραν, ἢ παρὰ τὸ πυκνοτέραν εἶναι, ἢ παρὰ τὸ ἀραιοτέραν, ἢ παρὰ τὸ σκληροτέραν, ἢ παρὰ τινας ἐπιπωρώσεις, ἢ σαρκώσεις, ἢ παρὰ μικροθυμίαν, ἢ παρ' ἀτροφίαν, ἢ παρὰ καχεξίαν, ἢ παρὰ τὸ διαστρέφεσθαι τὸν σχηματισμὸν, ἢ διὰ παρασπασμόν.

Διοκλῆς, ἀγόνους τοὺς ἄνδρας, ἢ παρὰ τὸ μηθ' ὅλως ἐνίους σπέρμα προΐεσθαι, ἢ παρὰ τὸ ἔλαττον τοῦ δέοντος, ἢ παρὰ τὸ ἄγονον εἶναι τὸ σπέρμα, ἢ κατὰ παράλυσιν τῶν

E. 12. οὐκ εἰδώλων] Rectius abest in Galeno.

dum formari foetum: ſæpe enim imagines etiam et ſtatuæ ſunt a mulieribus adamatæ, ſimiliſque earum proles in lucem edita.

Stoici, ob conſenſum quemdam ac ſimilem Animi affectionem, fluxuum et radiorum, non imaginum, inſertione ſimilitudines effici.

XIII.

Quomodo cum mulieres, tum viri ſteriles reddantur.

Sterilitatis in muliere cauſas Medici utero imputant, ſi aliquid horum ei accidat: puta, ut fiat denſior, rarior, durior, obſtruatur callo, aut carnea mole: item animi languorem, defectum nutritionis, corporis vitioſam conſtitutionem, perverſionem figuræ, aut devulſionem.

Diocles, ſteriles mares fieri, ſive quod omnino nullum emittant ſemen, aut minus juſta quantitate, aut quia ſemen ſit ſterile, aut ob reſolu-

μερῶν, ἢ κατὰ λεξότητα τοῦ καυλοῦ μὴ δυναμένου τὸν γόνον 907
εὐθυβολεῖν, ἢ παρὰ τὸ ἀσύμμετρον τῶν μορίων, πρὸς τὴν
ἀπόστασιν τῆς μήτρας.

Οἱ Στωϊκοὶ αἰτιῶνται τὰς ἀσυμφύλους εἰς ἑκάτερον τῶν πλησιαζόντων δυνάμεις τε καὶ ποιότητας· ὡς ὅταν συμβῇ χωρισθῆναι μὲν ἀπ' ἀλλήλων, συνελθεῖν δὲ ἑτέροις ὁμοφύλοις, συναρεστήθη τὸ κατὰ φύσιν, καὶ βρέφος τελεσιουργεῖται.

ιδ'.

Διὰ τί αἱ ἡμίονοι στεῖραι.

Ἀλκμαίων, τῶν ἡμιόνων τοὺς μὲν ἄρρενας ἀγόνους, παρὰ B
τὴν λεπτότητα τῆς θορῆς, ὅ ἐστι σπέρματος ψυχρότητα· τὰς δὲ θηλείας, παρὰ τὸ μὴ ἀναχάσκειν τὰς μήτρας, ὅ ἐστιν ἀναστομοῦσθαι· οὕτω γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν.

Ἐμπεδοκλῆς, διὰ τὴν σμικρότητα καὶ ταπεινότητα καὶ στενότητα τῆς μήτρας, κατεστραμμένως προσπεφυκυίας τῇ γαστρὶ, μήτε τοῦ σπέρματος εὐθυβολοῦντος εἰς αὐτὴν, μήτε, εἰ καὶ φθάσειεν, αὐτῆς ἐκδεχομένης.

B. 6. κατεστραμμένως] Forte verior lectio marginis Voss. ἀπεστραμμένως, ut supra cap. 5.

tionem membri, aut obliquitatem colis recta semen ejaculari non valentis ad matricis distantiam.

Stoici caussantur dissimilitudinem naturæ et qualitatum in his qui corpora commiscent: nam quando separantur, et cum suæ naturæ familiaribus coeunt, tum foetum procreari.

XIV.

Cur mulæ steriles.

Alcmæo, mulos steriles esse dicit ob seminis tenuitatem sive frigiditatem: mulas, quia matrices earum non hient.

Empedocles, ob exilitatem, humilitatem, angustiamque vulvæ, inverse ventri annatæ, ut neque recta ad eam semen ejiciatur, neque si id fiat, excipiatur.

Διοκλῆς δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, λέγων, "Ἐν ταῖς ἀνα-"τομαῖς, πολλάκις ἑωράκαμεν τοιαύτην μήτραν τῶν "ἡμιόνων·" καὶ ἐνδέχεσθαι διὰ τοιαύτας αἰτίας καὶ τὰς γυναῖκας εἶναι στείρας.

ιε΄.

C Εἰ τὸ ἔμβρυον ζῶον.

Πλάτων, ζῶον τὸ ἔμβρυον· καὶ γὰρ κινεῖσθαι ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ τρέφεσθαι.

Οἱ Στωϊκοὶ, μέρος εἶναι αὐτὸ τῆς γαστρὸς οὐ ζῶον· ὥσπερ γὰρ τοὺς καρποὺς μέρη τῶν φυτῶν ὄντας, πεπαινομένους ἀποῤῥεῖν, οὕτω καὶ τὸ ἔμβρυον.

Ἐμπεδοκλῆς, μὴ εἶναι μὲν ζῶον τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἔμπνουν ὑπάρχειν ἐν τῇ γαστρί· πρώτως δὲ ἀναπνοὴν τοῦ ζώου γίνεσθαι κατὰ τὴν ἀποκύησιν, τῆς μὲν ἐν τοῖς βρέφεσιν ὑγρασίας ἀποχώρησιν λαμβανούσης, πρὸς δὲ τὸ παρακενωθὲν ἐπεισόδου τοῦ ἐκτὸς ἀερώδους γινομένης εἰς τὰ παρανοιχθέντα τῶν ἀγγείων.

D Διογένης, γεννᾶσθαι μὲν τὰ βρέφη ἄψυχα, ἐν θερμα-

Huic DIOCLES teſtimonium perhibet, tales ſe matrices mularum in diſſectionibus ſæpenumero deprehendiſſe inquiens: ac fieri poſſe, ut iiſdem de cauſſis mulieres quoque ſint ſteriles.

XV.

An fœtus in utero ſit animal.

PLATO animal cenſet, quia et moveatur in utero et alatur.

STOICI, partem ventris, non animal: utque fructus, qui ſtirpium partes ſunt, ubi maturuere, defluunt, ita rem quoque habere de fœtu.

EMPEDOCLES, fœtum non eſſe quidem animal, ſpiritu tamen præditum in utero: primam autem animalis reſpirationem fieri, cum partu editur, decedente humore qui eſt in fœtu, et in exhauſti locum ſuccedente in vaſa reſerata aëre externo.

DIOGENES, inanimata naſci animalia, ſed cum calore: at-

σια δέ· ὅθεν τὸ ἔμφυτον θερμὸν, εὐθέως προχυθέντος τοῦ βρέφους, εἰς τὸν πνεύμονα ἐφέλκεσθαι·

Ἡρόφιλος κίνησιν ἀπολείπει φυσικὴν τοῖς ἐμβρύοις, οὐ πνευματικήν· τῆς δὲ κινήσεως αἴτια νεῦρα· τότε δὲ ζῶα γίνεσθαι, ὅταν προχυθέντα προσλάβῃ τι τοῦ ἀέρος.

ιϛ΄.

Πῶς τρέφεται τὰ ἔμβρυα.

Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ διὰ τοῦ στόματος τρέφεσθαι· ὅθεν εὐθέως γεννηθὲν ἐπὶ τὸν μαστὸν φέρεσθαι τῷ στόματι· εἶναι γὰρ ἐν τῇ μήτρᾳ θηλάς τινας καὶ στόματα δι' ὧν τρέφονται.

Οἱ Στωϊκοὶ, διὰ τοῦ χορίου καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ· ὅθεν E τοῦτον εὐθέως ἀποδεῖν τὰς μαιουμένας, καὶ ἀνοιγνύειν τὸ στόμα, ἵνα γένηται ἡ μελέτη τῆς τροφῆς ἑτέρα.

Ἀλκμαίων, δι' ὅλου τοῦ σώματος τρέφεσθαι· ανα-*λαμβάνειν γὰρ αὐτῷ, ὥσπερ σπογγιὰν, τὰ ἀπὸ τῆς τροφῆς θρεπτικά.

que insitum calorem, simul atque natum est animal, Animam in pulmones attrahere.

HEROPHILUS, naturalem fœtui in utero, non animalem motum permittit, motusque caussam edit nervos: animalia autem tum demum fieri, cum ex utero effusa aliquid aëris accipiunt.

XVI.

Quomodo alatur fœtus.

DEMOCRITUS, EPICURUS, fœtum in utero per os ali; itaque statim atque natus est, ore ad mammam ferri: nam et in utero esse ubera quædam et oscula quibus alatur.

STOICI, per secundinam et umbilicum: itaque hunc statim ab obstetricibus a partu ligari, et os infanti aperiri, ut de alio cogitet alimento.

ALCMÆO, ali per totum corpus, quod spongiæ in morem recipiat quæ alendo sunt idonea.

ιζ΄.

Τί πρῶτον τελεσιουργεῖται ἐν τῇ γαστρί.

Οἱ Στωϊκοί, ἅμα ὅλον γίνεσθαι.

Ἀριστοτέλης, πρῶτον τὴν ὀσφύν, ὡς τρόπιν νεώς.

Ἀλκμαίων, τὴν κεφαλήν, ἐν ᾗ ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν.

Οἱ ἰατροί, τὴν καρδίαν, ἐν ᾗ φλέβες καὶ ἀρτηρίαι.

F Οἱ δέ, τὸν μέγαν δάκτυλον τοῦ ποδός· ἄλλοι δέ, τὸν ὀμφαλόν.

ιη΄.

Διὰ τί τὰ ἑπταμηνιαῖα γόνιμα.

Ἐμπεδοκλῆς, ὅτε ἐγεννᾶτο τὸ ἀνθρώπων γένος ἐκ τῆς γῆς, τοσαύτην γενέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου, διὰ τὸ βραδυπορεῖν τὸν Ἥλιον, τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστὶν ἡ δεκάμηνος· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τοσαύτην γενέσθαι τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστὶν ἡ ἑπτάμηνος, διὰ τοῦτο καὶ τὰ δεκάμηνα γόνιμα καὶ τὰ ἑπτάμηνα, τῆς φύσεως τοῦ

F. 4. γόνιμα] Mez. βιώσιμα.

XVII.

Quid primum in utero absolvatur.

Stoici, simul totum formari.

Aristoteles, primum lumbos, tanquam carinam navis.

Alcmaeo, caput, partem scilicet principem.

Medici, cor, in quo sunt venae et arteriae.

Alii, magnum pedis digitum. Alii, umbilicum.

XVIII.

Cur foetus qui septimo mense in lucem editur, vitalis sit.

Empedocles, quo tempore humanum genus e terra est enatum, propter tarditatem motus Solis, tantam fuisse longitudinem unius diei, quanta nunc est decem mensium: progressu temporis contractam fuisse ad quantitatem septem mensium: itaque et decimo mense et septimo editos foetus vitales esse, natura mundi

κόσμου οὕτω μεμελετηκυίας αὔξεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἢ τίθεσθαι νυκτὶ τὸ βρέφος.

Τίμαιος δὲ οὐ δέκα μῆνάς φησιν, ἐννέα δὲ νομίζεσθαι παρὰ τὰς ἐπισχέσεις τῶν ἐμμηνίων τῆς πρώτης συλλήψεως· οὕτω καὶ τὰ ἑπτάμηνα νομίζεσθαι, οὐκ ὄντα ἑπτάμηνα· ἔγνωτε γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν πόσαι καθάρσεως.

Πόλυβος, Διοκλῆς, οἱ Ἐμπειρικοὶ, καὶ τὸν ὄγδοον 908 μῆνα ἴσασι γόνιμον, ἀτονώτερον δέ πως, τῷ πολλάκις διὰ τὴν ἀτονίαν πολλοὺς φθείρεσθαι· καθολικώτερον δὲ, μηδένα βούλεσθαι τὰ ὀκτάμηνα τρέφειν, γεγεννῆσθαι δὲ πολλοὺς ὀκταμηνιαίους ἄνδρας.

Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ Ἱπποκράτης φασὶν, ἐὰν ἐκπληρωθῇ ἡ μήτρα ἐν τοῖς ἑπτὰ μησὶ, τότε προκύπτειν καὶ

F. 11. ἡμέρᾳ ἢ τίθεται νυκτὶ τὸ βρέφος] Corrupta hæc eſſe vidit Xyl. quem perperam ſententiæ interpretatione confutare ſtudet Corſin. Mihi in mentem venit, ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτὶ τὸ βρέφος.

F. 14. τῆς πρώτης συλλήψεως] Legam, τὰς ἀπὸ τῆς συλλήψεως. Mez. τὰς πρὸ τῆς συλλήψεως. Margo Voſſ. τῶν πρὸ τῆς συλλήψεως.

F. 16. ἔγνωτε—καθάρσεως] Legendum, vel, ἠγνοῆσθαι γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν πόσαι καθάρσεις: vel cum Mez. ἐνίοτε γὰρ καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν αἱ καθάρσεις: in qua ratione πόσαι malim in πως αἱ mutare.

A. 3. καθολικώτερον] Recipiendum erat conſenſu codicum Xyl. P. Moſc. E. Voſſ. Colleg. Nov. Vulgo, καθολικώτατον.

hoc meditata, ut in una die infans augeſcat et naſcatur.

Timæus non decem inquit, menſes, ſed novem cenſeri ab inhibitione menſtruorum, poſtquam conceptus eſt fœtus: ſic etiam ſeptimeſtria cenſeri quæ non ſunt, cum aliquando mulier poſt conceptum menſtruis purgetur.

Polybus, Diocles, Empirici, etiam octavum menſem aptum partui agnoſcunt: ſed fœtum eſſe tum imbecilliorem, ideoque multos perire: ac tametſi fere in univerſum nemo octavo menſe natam prolem alendam cenſet, tamen multos ſic natos in viros evaſiſſe.

Aristoteles et Hippocrates dicunt, ſi uterus impleatur ſeptem menſibus, tunc fœtum ſe exerere, atque in

γεννᾶσθαι γόνιμα· ἐὰν δὲ προκύψῃ μὲν, μὴ τρέφηται δὲ, ἀσθενοῦντος τοῦ ὀμφαλοῦ διὰ τὸ ἐπίπονον αὐτὴν γεγενῆσθαι τὸ χρῖμα, τότε ἔμβρυον ἄτροφον ἐστίν· ἐὰν δὲ μείνῃ τοὺς ἐννέα μῆνας ἐν τῇ μήτρᾳ, προκύψαν τότε ὁλόκληρόν ἐστι.

Πόλυβος, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ ἡμέρας γίνεσθαι
B εἰς τὰ γόνιμα· ἐστὶ γὰρ ἑξάμηνον, ὅτι καὶ τὸν Ἥλιον ἀπὸ τροπῶν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ παραγίνεσθαι· λέγεσθαι δὲ ἑπταμηνιαίους, διὰ τὸ τὰς ἐλλειπούσας ἡμέρας τούτου τοῦ μηνὸς, ἐν τῷ ἑπτὰ προσλαμβάνεσθαι· τὰ δὲ ὀκταμηνιαῖα μὴ ζῆν, ὅταν προκύψῃ μὲν τῆς μήτρας τὸ βρέφος, ἐπὶ πλεῖον δὲ ὁ ὀμφαλὸς βασανισθῇ, ἄτροφος γὰρ γίνεται, ὡς τοῦ τρέφοντος αἴτιος.

Οἱ δὲ Μαθηματικοὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας ἀσυνδέτους φασὶν εἶναι πάσης γενέσεως, τοὺς δὲ ἑπτὰ συνδετικούς· τὰ δὲ ἀσύνδετα ζῴδιά ἐστιν, ἐὰν τῶν οἰκοδεσποτούντων ἀστέρων τυγχάνῃ, ἐὰν γάρ τις τούτων τὴν ζωὴν καὶ τὸν βίον

A. 9. τὸ χρῖμα] Omittit Gal. Omnes noſtri libri habent. Xyl. e ſuo ipſe codice edidit κύημα: quod vulgato niſi auctoritate, ſententia quidem, præferendum.

B. 3. διὰ τὸ] Sic unus Voſſ. Vulgo, ὅταν.

lucem edi: quod ſi ſe exerens non alatur ob umbilici languorem, laborioſe geſtato fœtu, tunc eum non nutriri: ſi vero novem menſes in utero maneat, tunc ſe promere, integrumque naſci.

Polybus, vitalem prolem naſci diebus poſt conceptum centum octoginta duobus cum dimidio: hoc enim eſſe ſex menſium tempus, quando etiam Sol a tropico ad tropicum decurrat. Dici autem ſeptimeſtrem, cum dies qui huic ſexto menſi deſunt, a ſeptimo adſumuntur. Octavo autem menſe nata non vivere, quando fœtus ex utero ſe exerens gravius umbilicum adfligit, ut ab eo nutriri non poſſit.

Mathematici octo menſes ad quemvis partum inſociabiles aiunt, ſeptem ſociabiles. Signa porro cœli inſociabilia ſunt, quæ incidunt in ſtellas domibus cœleſtibus dominantes, et ſub ſe natis vitam infelicem ac non longæ-

κληρώσηται, δυστυχεῖς καὶ ἀχρήστους σημαίνει· ἀσύνδετα δὲ ἐστὶ ζώδια, ὀκτὼ ἀριθμούμενα, οἷον κριὸς πρὸς σκορπίον ἀσύνδετος, ταῦρος πρὸς τοξότην ἀσύνδετος, δίδυμοι πρὸς αἰγόκερων, καρκίνος πρὸς ὑδροχόον, λέων πρὸς ἰχθύας, παρθένος πρὸς κριόν· διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἑπτάμηνα ὄντα καὶ δεκάμηνα, γόνιμα εἶναι, τὰ δὲ ὀκτάμηνα, διὰ τὸ ἀσύνδετον τοῦ κόσμου, φθείρεσθαι.

ιθ'.

Περὶ ζώων γενέσεως, πῶς ἐγένοντο ζῶα, καὶ εἰ φθαρτά. D

Καθ' οὓς μὲν γεννητὸς ὁ κόσμος, γεννητὰ τὰ ζῶα καὶ φθαρτά εἰσιν.

Οἱ περὶ Ἐπίκουρον καθ' οὓς ἀγέννητος, ἐκ μεταβολῆς τῶν ἀλλήλων γεννᾶσθαι τὰ ζῶα, μέρη γὰρ εἶναι τοῦ κόσμου τούτου. Ὡς καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Εὐριπίδης,

« Θνήσκει δ' οὐδὲν, μεταμειβόμενα δὲ ἄλλο πρὸς ἄλ-
« λο, μορφὰς ἔδειξεν. »

Ἀναξίμανδρος, ἐν ὑγρῷ γεννηθῆναι τὰ πρῶτα ζῶα,

D. 7. δ' οὐδὲν] Ex Galeno adjeci, postulante sententia. Hoc satis ad nostrum consilium. Plura Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 313.

vam portendunt. Sunt autem insociabilia quorum unum ab altero octavum numeratur, Aries ad Scorpium, Taurus ad Sagittarium, Gemini ad Capricornum, Cancer ad Aquarium, Leo ad Pisces, Virgo ad Arietem. Hinc fieri ut septimo et decimo mense edita in lucem vitalia sint: octavo na a ob dissidium Mundi pereant.

XIX

De ortu animalium, quomodo exstiterint, et an caduca.

Qui Mundum statuunt ortum, iis orta etiam habentur animalia, atque interitura.

Epicurei, quibus non videtur natus Mundus, mutua permutatione nasci ea censent, partes enim esse hujus mundi. Quod item sensit Anaxagoras et Euripides:

Mutationum sed vicissitudine
Aliis subinde formis illa prodeunt.

Anaximander, prima animalia in humore nata, cor-

φλοιοῖς περιεχόμενα ἀκανθώδεσι, περιβαινούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἀποβαίνειν ἐπὶ τὸ ξηρότερον, καὶ περιρρηγνυμένου τοῦ φλοιοῦ, ἐπ' ὀλίγον χρόνον μεταβιῶναι.

Ἐμπεδοκλῆς, τὰς πρώτας γενέσεις τῶν ζώων καὶ φυ-
E τῶν μηδαμῶς ὁλοκλήρους γενέσθαι, ἀσυμφυέσι δὲ τοῖς μορίοις διεζευγμένας· τὰς δὲ δευτέρας, συμφυομένων τῶν μερῶν εἰδωλοφανεῖς· τὰς δὲ τρίτας, τῶν ἀλληλοφυῶν, τὰς δὲ τετάρτας, οὐκ ἔτι ἐκ τῶν ὁμοίων, οἷον ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἀλλὰ δι' ἀλλήλων ἤδη, τοῖς μὲν πυκνωθείσης τῆς τροφῆς, τοῖς δὲ τῆς εὐμορφίας τῶν γυναικῶν ἐπερεθισμὸν τοῦ σπερματικοῦ κινήματος ἐμποιησάσης· τῶν δὲ ζώων πάντων τὰ γένη διακριθῆναι διὰ τὰς ποιὰς κράσεις, τὰ μὲν οἰκειότερα εἰς τὸ ὕδωρ τὴν ὁρμὴν ἔχειν, τὰ δὲ εἰς ἀέρα ἀναπνεῖν, ἕως ἂν
F πυρῶδες ἔχῃ τι πλέον, τὰ δὲ βαρύτερα ἐπὶ τὴν γῆν, τὰ δὲ ἰσόμοιρα τῇ κράσει, πᾶσι τοῖς θώραξι πεφωνηκέναι.

F. 2. πᾶσι τοῖς θώραξι πεφωνηκέναι] Ita et Gal. et omnes libri excepto uno P. in quo pro ultima voce est πεφυκέναι. Itaque conjeci, πᾶσι τοῖς χώροις ξυμπεφυκέναι. Ad similem sententiam Reisk. πᾶσι τοῖς τόποις ξυμπεφωνηκέναι. Vulgata ineptior, quam cui in Latinis quidem locum suum relinquerem.

ticibus contenta ſpinoſis: adultiora autem facta, ad ſiccitatem deſciviſſe, ruptoque cortice non multum temporis ſupervixiſſe.

Empedocles, primo animalia ac plantas nequaquam integro ortu exſtitiſſe, ſed membris quæ nondum coaluiſſent: deinde partes coaluiſſe, ita ut ſpectri formam compages referret: tertium ortum fuiſſe ex his, quæ viciſſim naſcuntur: quartum non jam ex ſimilibus, ut ex terra et aqua, ſed proinde viciſſim, cum alimentum aliorum eſſet denſatum, aliis mulierum formæ venuſtas incitamentum emittendi ſeminis attuliſſet. Animalium porro omnium genera diſcreta fuiſſe certorum ratione temperamentorum: ob quam alia aquam expetant, alia aërem, quæ plus ignei habeant: alia quæ graviora ſint, ad terram ſuo appetitu ferantur, quæ autem æquabili ſunt temperamento, ea omnibus locis convenire.

κʹ.

Πόσα γένη ζώων, καὶ εἰ πάντα αἰσθητικὰ καὶ λογικά.

Ἔστι πραγματεία Ἀριστοτέλους, ἐν ᾗ τέσσαρα γένη ζώων φησί, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνά, οὐράνια· καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῶα λέγεσθαι καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὸν θεὸν ζῶον λογικὸν ἀθάνατον.

Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, τὰ οὐράνια.

Ἀναξαγόρας πάντα ζῶα λόγον ἔχειν τὸν ἐνεργητικόν, τὸν δ' οἱονεὶ νοῦν μὴ ἔχειν τὸν παθητικόν, τὸν λεγόμενον τοῦ νοῦ ἑρμηνέα.

Πυθαγόρας, Πλάτων, λογικὰς μὲν εἶναι καὶ τῶν ἀλό- 909
γων ζώων καλουμένων τὰς ψυχάς, οὐ μὴν λογικῶς ἐνεργούσας παρὰ τὴν δυσκρασίαν τῶν σωμάτων καὶ τὸ μὴ ἔχειν τὸ φραστικόν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πιθήκων καὶ τῶν κυνῶν· λαλοῦσι μὲν γὰρ οὗτοι, οὐ φράζουσι δέ.

F. 6. καὶ γὰρ τὰ ἄστρα—ἀθάνατον] Stobæi hæc eſt lectio, in qua τὸν θεὸν exhibui pro τὸ ἔνθεον, illuc etiam ducebat codicis Aug. τὸν ἔνθεον. Vulgo, καὶ γὰρ τὰ ζῶα λέγεσθαι καὶ κόσμον καὶ τῶν γαίων. ζῶον λογικὸν ἀθάνατον. Paulo melius Galen. omiſſo tamen καὶ τὸν θεόν.

XX.

Genera animantium quot ſint, et an omnia ſenſu ac ratione prædita.

Eſt opus Aristotelis, quo in opere quatuor ſtatuit animalium genera, terreſtria, aquatica, volucria, cœleſtia: nam et Stellas dici animalia, et mundum ac Deum adeo animal dici ratione præditum, immortale.

Democritus, Epicurus, cœleſtibus rationem tribuunt.

Anaxagoras, omnia animalia habere mentem agentem: non item patientem, qui eſt mentis quaſi interpres.

Pythagoras, Plato, animas omnium, etiam bruta quæ dicuntur, animalium eſſe rationis compotes, non tamen ea agere ſecundum rationem: idque fieri ob incommodum corporum temperamentum, et quia loquela deſtituuntur: quod in canibus et ſimiis appareat, vocem, non articulatum tamen eam, emittentibus.

Διογένης, μετέχειν μὲν αὐτὰ τοῦ νοητοῦ καὶ ἀέρος, διὰ δὲ τὸ τὰ μὲν πυκνότητι, τὰ δὲ πλεονασμῷ τῆς ὑγρασίας, μήτε διανοεῖσθαι, μήτε αἰσθάνεσθαι, προσφερῶς δὲ αὐτὰ διακεῖσθαι τοῖς μεμηνόσι, παρεπταικότος τοῦ ἡγεμονικοῦ.

κα'.

Ἐν πόσῳ χρόνῳ μορφοῦται τὰ ζῶα ἐν τῇ γαστρὶ ὄντα.

Ἐμπεδοκλῆς, ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἄρχεσθαι τῆς διαρθρώσεως ἀπὸ ἕκτης καὶ τριακοστῆς, τελειοῦσθαι δὲ τοῖς μορίοις ἀπὸ πεντηκοστῆς μιᾶς δεούσης.

Ἀσκληπιάδης ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων, διὰ τὸ θερμότερα εἶναι, τὴν διάρθρωσιν γίνεσθαι ἀπὸ ἕκτης καὶ εἰκοστῆς, πολλὰς δὲ καὶ ἐνδοτέρω, πληροῦσθαι δὲ ἐν τοῖς τῆς πεντηκοστῆς μορίοις· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν ἐν διμήνῳ διαρθροῦσθαι, ἐν τετραμήνῳ δὲ τελειοῦσθαι, διὰ τὸ ἐνδεῖν τοῦ θερμοῦ· τὰ

A. 6. νοητοῦ καὶ ἀέρος] Malim, νοητικοῦ ἀέρος.
A. 7. διὰ δὲ τὸ τὰ μὲν] Desideratur quid ad sententiæ absolutionem. Igitur aut post ὑγρασίας inserendum χρῆσθαι : aut majori nec non illa verisimili ratione ita constituendus locus. Δ. μετέχειν μὲν πάντα τοῦ νοητικοῦ ἀέρος· ἰδίᾳ δ' αὐτῶν τὰ μὲν—&c. Galen. cum vulgato consentit.
B. 6. ἐν τοῖς τῆς πεντηκοστῆς μορίοις] Legendum, ut et Reisk. vidit, ἐντὸς τῆς πεντηκοστῆς τοῖς μορίοις.

DIOGENES, rationis et aëris partem ea percipere, sed vel ob crassitiem, vel ob abundantiam humoris neque intelligere neque sentire, ac fere affecta esse eo modo quo sunt insanientes, qui de mentis exiverunt potestate.

XXI.

Quantum tempus ad formandum in utero animalis fœtum requiratur.

EMPEDOCLES hominum membra incipere conformari ait die trigesima sexta, perfici membra die undequinquagesima.

ASCLEPIADES, masculorum, quod sint calidissimi, initium vigesimæ sextæ diei defert, nonnullis etiam maturius ponit: perfici membra intra diem quinquagesimam. Fœmellarum initium bimestre: finem conformationis, exitum quarti mensis, ob inopiam ca-

δὲ τῶν ἀλόγων ζώων, ὁλοτελῆ παρὰ τὰς συγκράσεις τῶν στοιχείων.

κβ'.

Ἐκ πόσων συνίσταται στοιχείων ἕκαστον τῶν ἐν ἡμῖν γενικῶν μορίων.

Ἐμπεδοκλῆς, τὰς μὲν σάρκας γεννᾶσθαι ἐκ τῶν ἴσω τῇ c κράσει τεττάρων στοιχείων· τὰ δὲ νεῦρα, πυρὸς, γῆς, τὰ διπλασίονα μιχθέντα· τοὺς δὲ ὄνυχας τοῖς ζώοις γεννᾶσθαι τῶν νεύρων καθὸ τῷ ἀέρι συνέτυχε περιψυχθέντων· ὀστᾶ δὲ δοκεῖ μὲν ὕδατος, καὶ τῶν ἴσω γῆς· τεττάρων δὲ, πυρὸς, γῆς, τούτων συγκραθέντων μερῶν, ἱδρῶτα καὶ δάκρυον γίνεσθαι τοῦ σωματικοῦ οὕτως.

C. 1. ἐκ τῶν ἴσω—σωματικοῦ οὕτως] Caput hoc mire mutilum corruptumque, integrius est apud Galen. XXXVI, 2: prior quidem pars ad περιψυχθέντων emendatior; posterior æque corrupta, tamen in fine auctior. Ergo partim hinc, partim e conjectura, ita locus refingendus: E. τὰς μὲν σάρκας γεννᾶσθαι ἐκ τῶν ἴσων τῇ κράσει (vel ut Gal. ἐκ τῆς ἰσοκρατείας) τεττάρων στοιχείων· τὰ δὲ νεῦρα ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ γῆς, ὕδατος διπλασίῳ μιχθέντος· τοὺς δὲ ὄνυχας τοῖς ζώοις γεννᾶσθαι, τῶν νεύρων, καθὸ τῷ ἀέρι συνέτυχε, περιψυχθέντων· ὀστᾶ δὲ δυοῖν μὲν ὕδατος, καὶ τῶν ἴσων ἀέρος, τεττάρων δὲ πυρὸς, καὶ γῆς τοσούτων συγκραθέντων μερῶν· ἱδρῶτα δὲ καὶ δάκρυον γίνεσθαι, τοῦ σωματικοῦ αὖθις τηκομένου καὶ παρὰ τὸ λεπτύνεσθαι διαχεομένου. Item in Latinis reddidimus.

loris. Brutorum ita perfici fœtus ut ipsa contemperationem elementorum habent.

XXII.

Quibus ex elementis constet in nobis uniuscujusque generis membrum.

Empedocles arbitratur carnes nasci ex æquali quatuor elementorum contemperatione: nervos ex igni et terra, duplici portione aquæ admixta: ungues, nervis ubi aëri occurrerunt refrigeratis: ossa ex duabus portionibus aquæ, totidem aëris, quatuor ignis totidemque terræ, commixtis. Sudorem et lachrymas fieri, liquefactis denuo corporeis partibus, iisdemque extenuando diffusis.

κγ'.

Πῶς ὕπνος γίνεται ἢ θάνατος.

Ἀλκμαίων ἀναχωρήσει τοῦ αἵματος εἰς τὰς ὁμόῤῥους φλέβας ὕπνον γίνεσθαί φησι· τὴν δὲ ἐξέγερσιν, διάχυσιν· τὴν δὲ παντελῆ ἀναχώρησιν, θάνατον.

Ἐμπεδοκλῆς, τὸν μὲν ὕπνον καταψύξει τοῦ ἐν τῷ αἵ-
D ματι θερμοῦ συμμέτρῳ γίνεσθαι, παντελεῖ δὲ θάνατον.

Διογένης, εἰ ἐπὶ πᾶν τὸ αἷμα διαχεόμενον, πληρώσει μὲν τὰς φλέβας, τὸν δὲ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενον ἀέρα ὤσει εἰς τὰ στέρνα καὶ τὴν ὑποκειμένην γαστέρα, ὕπνον γεγενῆσθαι, καὶ θερμότερον ὑπάρχειν τὸν θώρακα· ἐὰν δὲ ἅπαν τὸ ἀερῶδες ἐκ τῶν φλεβῶν ἐκλίπῃ, θάνατον τυγχάνειν.

Πλάτων, οἱ Στωϊκοὶ, τὸν μὲν ὕπνον γίνεσθαι ἀνέσει τοῦ αἰσθητικοῦ πνεύματος, οὐ κατ' ἀναχαλασμὸν, καθάπερ ἐπὶ τῆς
E γῆς, φερομένου δὲ ὡς ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν μεσόφρυον· ὅταν

C. 8. κγ'. Πῶς ὕπνος γίνεται ἢ θάνατος] In Galen. et Mosc. hoc caput sequenti κδ' postponitur: accommodatius ad ordinem argumenti. Ceterum in hujus titulo capitis delevimus, auctoritate Galeni, verba vulgo addita, τῆς ψυχῆς ἢ σώματος.

C. 10. ὁμοίῤῥους] ὁμόῤῥους E. Mosc. P. αἱμόῤῥους Colleg. Nov. Reisk.

XXIII.

Quæ caussæ sint somni et mortis.

Alcmæo somnum exsistere, ait, sanguinis in concursum venarum receptu: ejusdemque diffusione nos evigilare: plenum autem abscessum, mortis esse caussam.

Empedocles, moderata caloris qui in sanguine inest refrigeratione somnum, perfecta mortem accidere.

Diogenes, si universus sanguis in venas diffusus contentum in iis aërem in pectus subjectumque ei ventrem contrudat, somnum fieri, ac thoracem incalescere: quod si universus aër venas deserat, mortem consequi.

Plato et Stoici, somnum fieri remissione sensitivi spiritus, non relaxatione, sicut in terra: sed cum is ad intervallum superciliorum, id est partem principem, fertur: qui

δὲ παντελῶς γένηται ἡ ἄνεσις τοῦ αἰσθητικοῦ πνεύματος, καὶ τότε γενέσθαι θάνατον.

κδ'.

Πότε καὶ πῶς ἄρχεται ὁ ἄνθρωπος τῆς τελειότητος.

Ἡράκλειτος, καὶ οἱ Στωϊκοὶ, ἄρχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους τελειότητος περὶ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα, περὶ ἣν ὁ σπερματικὸς κρίνεται ὀῤῥός· τὰ γὰρ δένδρα ἄρχεται τότε τελειότητος ὅταν ἄρχηται γεννᾷν τὰ σπέρματα, ἀτελῆ δὲ ἐστὶ καὶ ἄωρα καὶ ἄκαρπα ὄντα· τέλειος οὖν τότε ἄνθρωπος· περὶ F δὲ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα ἔννοια γίνεται καλοῦ τε καὶ κακοῦ, καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν.

κε'.

Ὁποτέρου ἐστὶν ὕπνος ἢ θάνατος, ψυχῆς ἢ σώματος.

Ἀριστοτέλης, κοινὸν μὲν τὸν ὕπνον σώματος καὶ ψυχῆς· ἐστὶ δὲ αὐτῷ ὃ ἀναθυμιαθὲν ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ θώρακος εἰς τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν τόπους, καὶ τῆς ὑποκειμένης τροφῆς,

E. 7. κρίνεται] Mez. ἐκκρίνεται.
F. 1. καὶ ἄκαρπα] καὶ delendum cum Mez. In Mosc. item erasum est.
F. 7. ἐστὶ δὲ αὐτῷ] Galen. rectius, αἴτιον δὲ αὐτοῦ.

ſpiritus ſi omnino remittatur, mortem ſubſequi.

XXIV.

Quando et quomodo incipiat homo perfici.

Heraclitus et Stoici, ſub annum decimum quartum, cum jam etiam genitale ſerum ſecerni incipit: nam arbores tum incipere perfici, cum gignere ſemina incipiunt: immaturas ante eſſe et imperfectas, dum fructu carent. Præterea eo natu homo jam in notitiam boni ac mali venit, eorumque diſciplinæ capax exſiſtit.

XXV.

Ad Animamne, an ad corpus pertineant ſomnus et mors.

Aristoteles ſomnum corpori cum Anima facit communem: eſſe enim evaporationem humidi e pectore in caput, et refrigerationem ca-

τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ ὑποψυχθὲν θερμόν· τὸν δὲ θάνατον εἶναι παντελῆ κατάψυξιν· θάνατον δὲ εἶναι μόνου τοῦ σώματος, οὐ ψυχῆς, ταύτης γὰρ οὐχ ὑπάρχει θάνατος.

910 Ἀναξαγόρας δὲ, τῆς σωματικῆς ἐνεργείας γίνεσθαι τὸν ὕπνον, σωματικὸν γὰρ εἶναι τὸ πάθος, οὐ ψυχικόν· εἶναι δὲ καὶ ψυχῆς θάνατον τὸν διαχωρισμόν.

Λεύκιππος, οὐ μόνον σώματος γίνεσθαι, ἀλλὰ κρά-σει τοῦ λεπτομεροῦς πλείονι τῆς ἐκκρίσεως τοῦ ψυχικοῦ θερμοῦ τὸν πλεονασμὸν, αἰτίαν θανάτου· ταῦτα δὲ εἶναι πάθη σώματος, οὐ ψυχῆς.

Ἐμπεδοκλῆς τὸν θάνατον γεγενῆσθαι διαχωρισμὸν τοῦ
πυρώδους, ἐξ ὧν ἡ σύγκρισις τῷ ἀνθρώπῳ συνεστάθη·
ὥστε κατὰ τοῦτο κοινὸν εἶναι τὸν θάνατον σώματος καὶ
B ψυχῆς· ὕπνον δὲ γίνεσθαι διαχωρισμόν τινα τοῦ πυ-
ρώδους.

A. 1. τῆς σωματικῆς ἐνεργείας] Galen. plenius, κατὰ κόπον τῆς σωματικῆς ἐνεργείας.
A. 4. Λεύκιππος—ψυχῆς] Hunc locum non expedio: nec reddidit Budæus. Eadem vitia in Galeno.

loris in corde ab alimento subjecto: mortem esse absolutam refrigerationem, soliusque corporis esse: Animam esse immortalem.

Anaxagoras somnum accidere putat functionibus corporis: non enim Animæ esse, sed corporis adfectionem: mortem esse Animæ divulsionem.

Leucippus, solius corporis esse somnum: cumque ob tenuitatem partium plus justo excernitur animati caloris, eo mortem effici: corporis hæc esse, non Animæ affectiones.

Empedocles, mortem esse igneæ naturæ secretionem ab his ex quibus homo coaluit; ideoque communem esse Animæ corporique mortem: somnum autem evenire secretione naturæ igneæ.

κϛʹ.

Πῶς αὔξηται τὰ φυτά, καὶ εἰ ζῶα.

Πλάτων, Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τὰ φυτὰ ἔμψυχα καὶ ζῶα· φανερὸν δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σαλεύεσθαι, καὶ ἐντεταμένους ἔχειν τοὺς κλάδους, καὶ ἐν ταῖς ἐπαναγωγαῖς εἴκειν, καὶ πάλιν σφοδρῶς ἀναχαλᾶσθαι, ὥστε καὶ συνέλκειν βάρη.

Ἀριστοτέλης, ἔμψυχα μὲν, οὐ μὴν καὶ ζῶα· τὰ γὰρ ζῶα ὁρμητικὰ εἶναι, καὶ αἰσθητικὰ δὲ καὶ λογικά.

Οἱ Στωϊκοὶ δὲ καὶ Ἐπικούρειοι, οὐκ ἔμψυχα· τινὰ γὰρ ψυχῆς ὁρμητικῆς εἶναι καὶ ἐπιθυμητικῆς, τινὰ δὲ καὶ λογικῆς· τὰ δὲ φυτὰ αὐτομάτως πως γεγενῆσθαι, οὐ C διὰ ψυχῆς.

Ἐμπεδοκλῆς πρῶτα τῶν ζώων τὰ δένδρα ἐκ γῆς ἀναδῦναι, φησί, πρὶν τὸν Ἥλιον περιαπλωθῆναι καὶ πρὶν ἡμέραν καὶ νύκτα διακριθῆναι, διὰ δὲ συμ-

B. 8. σφοδρῶς—βάρη] Ita et Galen. et Stob. Vulgo monstrose, σπουδαῖος ἀναχαλασθῆν, ὥστε καὶ συντελεῖν.

XXVI.

De plantarum incremento, et an sint animalia.

Plato, Empedocles, stirpes quoque Anima præditas esse, et in animalium numero censent: eo argumento, quod et nutent, et ramos habeant directos, qui inflexi cedant, et si remittantur, suum repetant locum atque rectitudinem cum vehementia, et pondera adeo secum auferre.

Aristoteles vivere dicit, animalia esse negat, quod animalia appetitu, sensuque, et quædam porro ratione sint prædita.

Stoici et Epicurei Animam iis derogant: quod animata alia appetant, concupiscentiaque incitentur, alia etiam ratione utantur: plantæ autem fortuito natæ sint, non Animæ effectione.

Empedocles primo inter animalia loco arbores a terra enatas ait, antequam Sol circumvolveretur, noxque a die discerneretur, et ob concinni-

μετρίας τῆς κράσεως τὸν τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος περιέχειν λόγον· αὔξεσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ γῇ θερμοῦ διαιρουμένου, ὥστε γῆς εἶναι μέρη, καθάπερ καὶ τὰ ἔμβρυα τὰ ἐν τῇ γαστρὶ, τῆς μήτρας μέρη· τοὺς δὲ καρποὺς περιττώματα εἶναι τοῦ ἐν τοῖς φυτοῖς ὕδατος καὶ πυρός· καὶ τὰ μὲν ἐλλιπὲς ἔχοντα τὸ ὑγρὸν, ἐξικμαζομένου αὐτοῦ τῷ θέρει φυλλορροεῖν, τὰ δὲ πλείονα παραμένειν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς δάφνης, καὶ τῆς ἐλαίας, καὶ τοῦ φοίνικος· τὰς δὲ διαφορὰς τῶν χυμῶν, παραλλαγὰς τῆς πολυμερείας καὶ
D τῶν αἰτίων γίνεσθαι, διαφορὰς ἐχόντων τὰς ἀπὸ τοῦ τρέφοντος ὁμοιομερείας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων· οὐ γὰρ αἱ διαφοραὶ τούτων χρηστὸν οἶνον ποιοῦσιν, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ τρέφεσθαι ἐδάφοις.

C. 6. ἄῤῥενος καὶ τοῦ θήλεος] καὶ addidimus ex Galen. E. M. Venet. Voss. Mosc.

C. 12. πλείονα] Forte, πλεῖον.

D. 2. ὁμοιομερείας] Hoc certe a Galeno recipiendum duxi, quandoquidem consentiunt codices P. Venet. Voss. Colleg. Nov. cum varietate antecedentis vocis: τρέφεσθαι ὁμοιομερείας est in M. et Mosc.

D. 3. ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ τρέφεσθαι ἐδάφοις] Legendum, ἀλλ᾽ αἱ τοῦ τρέφοντος ἐδάφους. Galenus, ἀλλὰ τοῦ τρέφοντος ἐδάφους.

tatem temperamenti sexus masculi ac fœminei rationem continuisse: incrementum iis obtigisse a caloris terræ inclusi distributione; itaque terræ esse partes, sicut fœtus in utero matricis sunt partes. Fructus excrementa esse plantarum terra et igne abundantium: et quæ humoris satis non habeant, earum sub æstatem defluere folia exsuccata: plerasque durare, ut laurum, oleam, palmam. Discrimina succorum esse ob diversitatem partium et caussarum varietatem, maxime nutrimentum: ut in vitibus; non enim harum differentiæ vinum vino præstantius efficiunt, sed soli, quo aluntur, diversitas.

κζ΄.

Περὶ τροφῆς καὶ αὐξήσεως.

Ἐμπεδοκλῆς, τρέφεσθαι μὲν τὰ ζῶα διὰ τὴν ὑπόστασιν τοῦ οἰκείου, αὔξεσθαι δὲ διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ θερμοῦ, μειοῦσθαι δὲ καὶ φθίνειν διὰ τὴν ἔκλειψιν ἑκατέρων· τοὺς δὲ νῦν ἀνθρώπους τοῖς πρώτοις συμβαλλομένους, βρεφῶν ἐπέχειν τάξιν.

κη΄.

Πόθεν αἱ ὀρέξεις γίνονται τοῖς ζώοις καὶ ἡδοναί.

Ἐμπεδοκλῆς, τὰς μὲν ὀρέξεις γίνεσθαι τοῖς ζώοις E
κατὰ τὰς ἐλλείψεις τῶν ἀποτελούντων ἕκαστον στοιχείων, τὰς δὲ ἡδονὰς ἐξ ὑγροῦ, καὶ τὰς τῶν κινδύνων καὶ ὁμοίων κινήσεις, τὰς δὲ ὀχλήσεις καὶ τὰς *

κθ΄.

Πῶς γίνεται ὁ πυρετὸς, καὶ εἰ ἐπιγέννημά ἐστι.

Ἐρασίστρατος ὁρίζεται τὸν πυρετὸν οὕτω, Πυρετὸς

E. 4. καὶ τὰς *] Locus adhuc desperatus, quando nec Galenus vel Stobæus, nec alius Veterum eum servavit, et in defectu omnes Plutarchei libri consentiunt. Damasceni Exc. habent Empedoclis opiniones de hoc argumento, sed alia ratione aliisque verbis, quæ nil adferant medicinæ huic loco.

XXVII.

De nutritione et incremento.

Empedocles, animalia nutriri subsidente eo quod iis est natura accommodatum: crescere ob caloris præsentiam: decrescere et tabescere utriusque defectu: nostræ ætatis homines priscis comparatos, infantium instar esse.

XXVIII.

Unde appetitus animalia, unde voluptas incessat.

Appetitum Empedocles animalibus obtingere defectu elementorum quibus conficiuntur: voluptates autem ex humiditate, et periculorum similiumque motu: interturbationes autem et * *

XXIX.

Febris ut fiat, et an ea sit affectio alius affectionis appendix.

Erasistratus febrim sic definit: Febris motio est san-

ἐπὶ κίνημα αἵματος παρεμπεπτωκὸς εἰς τὰ τοῦ πνεύ-
F ματος ἀγγεῖα ἀπροαιρέτως γινόμενον· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θαλάττης, ὅταν μηδὲν αὐτὴν κινῇ, ἠρεμεῖ, ἀνέμου δὲ ἐμπνέοντος βιαίου παρὰ φύσιν, τότε ἐξ ὅλης κυκλεῖται, οὕτω καὶ ἐν τῷ σώματι, ὅταν κινηθῇ τὸ αἷμα, τότε ἐμπίπτει μὲν εἰς τὰ ἀγγεῖα τῶν πνευμάτων, πυρούμενον δὲ θερμαίνει τὸ ὅλον σῶμα· ἀρέσκει δὲ αὐτῷ καὶ ἐπιγέννημα εἶναι ὁ πυρετός.

Διοκλῆς δέ, φησίν, ὄψεις ἀδήλων τὰ φαινόμενα· ἐπὶ δὲ τοῖς φαινομένοις ὁρᾶται ὁ πυρετὸς ἐπιγινόμενος, τραύματα καὶ φλεγμοναὶ καὶ βουβῶνες.

911 λ'.

Περὶ ὑγείας, καὶ νόσου, καὶ γήρως.

Ἀλκμαίων, τῆς μὲν ὑγείας εἶναι συνεκτικὴν, ἰσονομίαν τῶν δυνάμεων, ὑγροῦ, θερμοῦ, ξηροῦ, ψυχροῦ, πικροῦ, γλυκέος, καὶ τῶν λοιπῶν· τὴν δ' ἐν αὐτοῖς μοναρχίαν,

F. 10. τραύματα] Margo Voss. οἷά ἐστι τραύματα : hoc sane requiritur nisi cum Galeno ponantur dativi.

guinis illapsi in pulmonis vasa, non proficiscens a nostra voluntate: sicut enim mare nemine commovente quiescit, vento autem contra naturam incidente violento totum exagitatur, inque circulos torquetur: sic et in corpore ubi commotus fuerit sanguis, incidit in vasa spiritui destinata, ibique excandescens calorem toti corpori adfert: placet autem ei febrim morbi esse appendicem.

Diocles inquit, Quae videntur, conspectui nobis exhibent ea quae in obscuro sunt. Hoc autem apparet, febrim vulneribus, ardentibus abscessibus, et bubonibus comitari.

XXX.

De sanitate, morbo, senectute.

Alcmaeo sentit, caussam bonae valetudinis continentem esse aequabilitatem facultatis humidi, calidi, sicci, frigidi, amari, dulcis, ac reliquarum qualitatum: contra, siqua harum qualitatum sola praevaleat

νόσου ποιητικήν· φθοροποιὸν γὰρ ἑκατέρου μοναρχία· καὶ νόσων αἰτία, ὡς μὲν ὑφ' ἧς, ὑπερβολὴ θερμότητος ἢ ψυχρότητος· ὡς δ' ἐξ ἧς, διὰ πλῆθος ἢ ἔνδειαν· ὡς δ' ἐν οἷς, αἷμα, ἐνδέον, ἢ ἐγκέφαλος· τὴν δὲ ὑγίειαν σύμμετρον τῶν ποιῶν τὴν κρᾶσιν.

Διοκλῆς δὲ, πλείστας τῶν νόσων δι' ἀνωμαλίαν τῶν ἐν σώματι στοιχείων καὶ τοῦ καταστήματος. B

Ἐρασίστρατος, τὰς νόσους διὰ πλῆθος τροφῆς καὶ ἀπεψίας καὶ φθορᾶς· τὴν δὲ εὐταξίαν καὶ αὐτάρκειαν, εἶναι ὑγίειαν.

Οἱ Στωϊκοὶ συμφώνως, τὸ γῆρας γεγενῆσθαι διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ἔλλειψιν· οἱ γὰρ αὐτοὶ πλέον ἔχοντες τὸ θερμὸν, ἐπὶ πλεῖον γηρῶσιν.

Ἀσκληπιάδης Αἰθίοπας, φησὶ, ταχέως γηράσκειν,

A. 9. ἐν οἷς, αἷμα ἐνδέον] ἐν οἷς est e certissima emendatione Th. Canteri Var. Lect. I, 24. et Mez. In ἐνδέον puto adhuc latere vitium, forte corrigendum ἢ ἔντερον. Item Latine reddidi.

B. 6. οἱ γὰρ αὐτοὶ] Forte, οἱ γὰρ αὐτῶν.

ceteris, morbum gigni: nam perniciem effici a singulari imperio. Ergo caussam morborum a qua, seu efficientem, esse abundantiam caloris vel frigoris: caussam ex qua, seu materiam, esse nimium vel parum: caussam in qua, seu locum, esse sanguinem, viscera, cerebrum: ideoque sanitatem esse temperiem qualitatum concinnam, hoc est certa invicem proportione invicem respondentium.

Diocles plerosque morborum exsistere, ait, ob inaequalitatem elementorum corporis, ejusque constitutionem.

Erasistratus, morbos ob multitudinem alimenti, cruditatem, et corruptionem exsistere: victus rationem moderatam et sufficientem corpori, esse sanitatem.

Stoici uno ore dicunt senectutem accidere ob caloris defectum: quibus enim plus est caloris, ii senectuti moram longiorem producunt.

Asclepiades ait, Aethiopes celerius senescere, anno scilicet trigesimo: idque prop-

ἔτει τριακοστῷ, διὰ τὸ ὑπερθερμαίνεσθαι τὰ σώματα, ὑπὸ τοῦ Ἡλίου διαφλεχθέντας· ἐν Βρεττανίᾳ ἑκατὸν εἴκοσιν ἐτῶν γηρᾷν διὰ τὸ κατεψύχθαι μὲν τοὺς τόπους, ἐν ἑαυτοῖς δὲ στέγειν τὸ πυρῶδες· τὰ μὲν γὰρ εἶσιν ἀραιότερα τῶν Αἰθιόπων σώματα διὰ τὸ ἀναχα-
C λᾶσθαι ὑπὸ τοῦ Ἡλίου, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἄρκτων πυκνὰ, διὰ τοῦτο οὖν καὶ πολυχρόνια.

B. 10. ὑπὸ τοῦ Ἡλίου] Sic e Galeno ſumſi. Vulgo, ἀπὸ τοῦ Ἡλίου.
C. 1. ὑπὸ τῶν ἄρκτων] Item e Gal. pro vulgato, ἀπὸ τῶν ἄρκτων.

terea, quod eorum corpora nimio Solis æſtu exurantur: in Britannia contra ſenium ad vigeſimum ſupra centeſimum produci annum, quod corpora ob frigiditatem iſtarum regionum igneam in ſeſe contineant naturam: et corpora Æthiopum rariora eſſe, quod relaxentur calore Solis: in ſeptentrionalibus regionibus corpora denſiora, ideoque etiam vivaciora.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΑΙΤΙΑΙ ΦΥΣΙΚΑΙ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΑΙΤΙΑΙ ΦΥΣΙΚΑΙ.

PLUTARCHI

QUÆSTIONES NATURALES.

α΄.

Διὰ τί τὸ θαλάττιον ὕδωρ οὐ τρέφει τὰ δένδρα;

D ΠΟΤΕΡΟΝ δι᾽ ἣν αἰτίαν οὐδὲ τὰ ζῷα τὰ χερσαῖα; ζῷον γὰρ ἔγγειον τὸ φυτὸν εἶναι, οἱ περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον οἴονται· οὐ γὰρ δή, ὅτι τοῖς ἐναλίοις φυτοῖς τρόφιμόν ἐστι καὶ πότιμον, ὥσπερ τοῖς ἰχθύσιν, ἤδη καὶ τὰ ἐν τῇ χέρσῳ φυτά τε καὶ δένδρα τρέφει, οὐδὲ γὰρ ἐνδύεται ταῖς ῥίζαις ὑπὸ πάχους, οὔτε ἀναφέρεται ὑπὸ τοῦ βάρους· ὅτι δὲ ἐμβριθές ἐστι καὶ

I.

QUID caussæ est, quod arbores aqua marina non aluntur?

An eadem est, ob quam terrestria animalia non alit marina aqua? nam Plato, Anaxagoras et Democritus putant, plantas animalia esse terrestria. Non enim quia aqua marina alimento est ut piscibus, ita etiam stirpibus marinis: sic etiam terrestres plantas animaliaque nutriet; cum neque penetrare possit ob crassitiem suam radices, neque sursum efferri ob sui gravitatem: gravem esse aquam ma-

γνῶδες, ἄλλοις τε πολλοῖς ἀποδέδεικνυται, καὶ τῷ μᾶλλον ἀνέχειν καὶ ὑποφέρειν τὰ πλοῖα καὶ τοὺς κολυμβῶντας. Ἢ μάλιστα μὲν βλάπτεται ξηρότητι τὰ δένδρα, ξηραντικὸν δὲ τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ; ὅθεν πρός γε τὰς σήψεις οἱ ἅλες βοηθοῦσι· καὶ σώματα τῶν λουσαμένων ἐν E
θαλάττῃ ξηρὰν εὐθὺς ἴσχει καὶ τραχεῖαν τὴν ἐπιφάνειαν. Ἢ τὸ μὲν ἔλαιον τοῖς φυτοῖς πολέμιον, καὶ φθείρει τὰ περιαλειφόμενα; μετέχει δὲ πολλῆς ἡ θάλαττα λιπαρότητος· διὸ συνεξάπτει, καὶ παραινοῦμεν εἰς τὰς φλόγας, μὴ ἐμβάλλειν θαλάττιον ὕδωρ. Ἢ γέγονεν ἄποτον καὶ πικρὸν τὸ ὕδωρ, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἀναμίξει κατακεκαυμένης γῆς· καὶ γὰρ ἡ κονία γίνεται γλυκέος ὕδατος εἰς τέφραν ἐμπεσόντος, ἡ δὲ διάλυσις ἐξίστησι, καὶ φθείρει τὸ χρηστὸν καὶ πότιμον, ὡς ἐν ἡμῖν οἱ πυρετοὶ τὸ ὑγρὸν εἰς χολὴν τρέπουσιν· ἃ δ' ἱστοροῦσιν, ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ βλαστάνειν ὑλήματα καὶ φυτὰ, καρπὸν μὲν οὐδένα F
φέρει, τρέφεται δὲ τοῖς ποταμοῖς, πολλὴν ἐμβαλλουσιν

rinam, ac terreſtrem, et alia multa demonſtrant, et quod facilius ſuſtinet naves, et natatores. Aut quia ſiccitas maxime officit arboribus, vim autem ſiccandi habet aqua marina? quæ cauſſa eſt ut adverſus putredinem ſales valeant: et eorum qui in mari lavant corpora, ſtatim ſiccam habent aſperamque ſuperficiem. Vel quod pinguedo iis quorum ſtirpes terra continentur eſt inimica, et inuncta perdit: multum autem pinguedinis adeſt marinæ aquæ, adeo ut etiam una exardeſcat, ſoleamusque hortari, *ne in flammam ea injiciatur?* Aut quod aqua marina potui inepta et amara eſt facta, ut Ariſtoteles ait, admixtione terræ aduſtæ: nam et lixivium fit dulci aqua in cinerem incidente, diſſolutio autem ejicit, corrumpitque id, quod bonum erat et potabile, ſicut in nobis febres humorem in bilem convertunt: Quæ autem in rubro mari narrant ſylveſtria et plantas germinare, ea fructum nullum ferunt, aluntur autem a fluviis multum cœni ingerentibus;

ἰλύν· ὅθεν οὐ πρόσω τῆς γῆς, ἀλλὰ πλησίον ἔχει τὴν γένεσιν.

β΄.

Διὰ τί μᾶλλον ὑπὸ τῶν ὑετίων ἢ τῶν ἐπιρρύτων ὑδάτων τὰ δένδρα καὶ τὰ σπέρματα πέφυκε τρέφεσθαι;

Πότερον, ὡς Λαῖτος ἔλεγε, τῇ πληγῇ τὰ ὄμβρια διιστάντα τὴν γῆν πόρους ποιεῖ, καὶ διαδύεται μᾶλλον εἰς τὴν ῥίζαν; Ἢ τοῦτο μὲν οὐκ ἀληθές, ἀλλὰ ἔλαθε τὸν Λαΐ-
912 τον ὅτι καὶ τὰ λιμναῖα φυτά, τίφη καὶ φλέων καὶ βρύον, ἀναυξῆ καὶ ἀβλαστῆ μένει, μὴ γενομένων ὄμβρων καθ' ὥραν· τὸ δὲ τοῦ Ἀριστοτέλους ἀληθές, ὅτι πρόσφατόν ἐστι καὶ νέον ὕδωρ τὸ ὑόμενον, ἕωλον δὲ καὶ παλαιὸν τὸ λιμναῖον. Ἢ καὶ τοῦτο πιθανὸν μᾶλλον ἢ ἀληθές ἐστι; τὰ γὰρ πηγαῖα καὶ ποτάμια νάματα πρόσφατα μέν ἐστι καὶ νεογενῆ· ποταμοῖς γὰρ δὶς τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐμβαίης, ὥς φησιν Ἡράκλειτος· ἕτερα γὰρ ἐπιρρεῖ ὕδατα· τρέφει δὲ καὶ ταῦτα τῶν ὀμβρίων χεῖρον. Ἆρα οὖν κοῦφόν ἐστι τὸ ἐκ Διὸς

itaque etiam non procul a terra, sed prope eam nascuntur.

II.

Cur a pluviis aquis potius quam a fluentibus arbores et semina adsolent nutriri?

An quia, ut Laïto visum, imbres terram suo ictu divellentes, meatus efficiunt, per quos aqua facilius ad radicem penetret? An hoc verum non est, sed ignoravit Laïtus etiam palustres stirpes, ut sunt tipha, phleon, et ulva, neque germinare neque augescere ubi imbres suo tempore non decidunt? An potius verum est quod Aristoteles dixit, novam et recentem esse aquam pluviam, veterem et exoletam lacuum? Quid si hoc quoque probabile magis est, quam verum? nam et fontium et fluminum aquæ semper sunt recentes, subinde novis adfluentibus: ideoque ait Heraclitus *bis in eundem fluvium neminem posse descendere.* Et tamen hæ ipsæ deterius alunt, quam pluviæ aquæ. An igitur aqua cœlestis levis est at-

ὕδωρ καὶ ἀερῶδες, καὶ πνεύματι μεμιγμένον ὁδηγεῖταί τε καὶ ἀναπέμπεται ταχέως εἰς τὸ φυτὸν ὑπὸ λεπτότητος· διὸ B
καὶ πομφόλυγας ποιεῖ τῇ ἀναμίξει τοῦ ἀέρος. Ἢ τρέφει μὲν μάλιστα κρατούμενον ὑπὸ τοῦ τρεφομένου; τοῦτο γάρ ἐστι πέψις· ἀπεψία δὲ τοὐναντίον, ὅταν ἰσχυρότερα τοῦ παθεῖν ᾖ· καὶ μεταβάλλει τὰ λεπτὰ καὶ ἁπλᾶ καὶ ἄχυμα μᾶλλον, οἷόν ἐστι τὸ ὄμβριον ὕδωρ, γινόμενον γὰρ ἐν ἀέρι καὶ πνεύματι, καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς κάτεισι· τὰ δὲ πηγαῖα, καὶ τῇ γῇ καὶ τοῖς τόποις ὁμοιούμενα δι' ὧν ἔξεισι, πολλῶν ἀναπίμπλαται ποιοτήτων, δι' ἃς ἧττόν ἐστιν εὔτρεπτα, καὶ βράδιον αὐτὰ παρέχει τῇ πέψει μεταβάλλειν εἰς τὸ τρεφόμενον· τὸ δὲ ὀμβρίων τὸ εὔτρεπτον αἱ C
σήψεις κατηγοροῦσιν, εὐσηπτότερα γάρ ἐστι τῶν ποταμίων καὶ φρεατιαίων· ἡ δὲ πέψις ἔοικεν εἶναι σῆψις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων,

Οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ πέλεται σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.

B. 10. μεταβάλλειν] Sic E. Mez. Vulgo, μεταβάλλει.
C. 5. ἀπὸ φλοιοῦ] Mez. hic, et infra p. 919, D, corrigit ὑπὸ φλοιῷ: itaque verterunt Longol. Amiot. Xyl.

que aërea, spirituque mixta, celerius ob tenuitatem deducitur atque elevatur in plantam? An id maxime alit, quod a re alenda subigitur? id enim est concoctio: contra, defectus concoctionis, quando alimentum validius est, quam ut ab alendo affici possit. Jam tenuia, simplicia, et insipida facilius mutantur: quorum de censu etiam est aqua pluvia: quae in aëre nata et vento, pura ac sincera decidit. Fontana autem et terrae et locis adsimilata per quae emanat, multis impletur qualitatibus, ob quas ad alendum minus fit commoda, cum tardius mutandam se corpori nutriendo exhibeat. Imbrium porro aquas facile mutari, argumento id est, quod citius quam fontanae aut fluviales putrescunt: concoctio autem videtur esse putrefactio, sicut Empedocles testatur:

In ligno putrefacta aqua fit sub cortice vinum.

Ἢ πάντων ἑτοιμότατόν ἐστι καὶ ῥᾷστον ἁρπάσασθαι τὸ γλυκὺ τῶν ὀμβρίων καὶ χρηστὸν, ἐκπεμπόμενον εὐθὺς ὑπὸ τοῦ πνεύματος; διὸ καὶ τὰ θρέμματα ταύτης ἀπολαύει προθυμότερον, καὶ οἱ βάτραχοι προσδοκῶντες ὄμβρον, ἐπιλαμπρύνουσι τὴν φωνὴν ὑπὸ χαρᾶς, ὥσπερ
D ἥδυσμα τοῦ λιμναίου τὸ ὕετιον προσδεχόμενοι, καὶ σπέρμα τῆς ἐκείνων γλυκύτητος· ἓν γὰρ καὶ τοῦτο ποιεῖται σημεῖον ὑετοῦ μέλλοντος Ἄρατος, εἰπὼν,

Ἢ μᾶλλον δειλαὶ γενεαί, ὕδροισιν ὄνειαρ,
Αὐτόθεν ἐκ λίμνης πατέρες βοόωσι γυρίνων.

γ΄.

Διὰ τί παραβάλλουσι τοῖς θρέμμασιν ἅλας οἱ νομεῖς;

Πότερον, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι, πλήθους τροφῆς ἕνεκα, καὶ τοῦ παχύνειν; τήν τε γὰρ ὄρεξιν ἡ δριμύτης ἐκκαλεῖται, καὶ τοὺς πόρους ἀναστομοῦσα, μᾶλλον ὁδοποιεῖ τῇ τροφῇ πρὸς τὴν ἀνάδοσιν· διὸ καὶ τοὺς ἰσχνοὺς
E καὶ τοὺς ἀτρόφους Ἀπολλώνιος ὁ Ἡροφίλου ἐκέλευε

C. 8. ταύτης] Forte τούτου scilicet ὕδατος, vel τούτων scilicet τῶν ὀμβρίων. E. et P. item vitiose ταύτης.

Quid si nulla promtius adferri potest caussa, quam quod dulcis est imbris aqua et mitis, ubi statim a vento emittitur? itaque et pecus eam bibit libentius, et ranae imbrem exspectantes vocem prae gaudio clariorem faciunt, tanquam lacustris aquae condimentum pluviam praestolantes, et semen dulcedinis quae aquae in stagno insit. Nam et hoc signum pluviae imminentis Aratus posuit:

Aut cum gens misera, atque hydris immanibus esca,
In limo veterem ranae cecinere querelam.

III.

Cur pecori pastores salem proponunt?

An, ut plerique putant, ut eo amplius alantur atque crassescant? nam et appetitum cibi acuit salis acrimonia, et meatus reserando cibum facilius deducit ad digestionem. Itaque etiam graciles et qui parum nutrirentur, Herophili

μὴ γλυκεῖ μηδὲ χονδρῷ τρέφειν, ἀλλὰ τοῖς ταριχεύτοις καὶ ὑφαλμυρίζουσιν, ὧν ἡ λεπτότης, ὥσπερ ἐντρίχωμα γενομένη, τὰ σιτία τοῖς σώμασι διὰ τῶν πόρων προστίθησιν. Ἢ μᾶλλον ὑγιείας ἕνεκα καὶ συγκοπῆς πλήθους τὸν ἅλα λείχειν ἐθίζουσι τὰ βοσκήματα; νοσεῖ γὰρ ἄγαν πιαινόμενα, τὴν δὲ πιμελὴν τήκουσιν οἱ ἅλες καὶ διαχέουσιν· ὅθεν εὐμαρῶς καὶ ῥᾳδίως ἀποδέρουσιν αὐτὰ σφάξαντες· ἡ γὰρ κολλῶσα καὶ συνδοῦσα τὸ δέρμα πιμελὴ, λεπτὴ καὶ ἀσθενὴς γέγονεν ὑπὸ τῆς δριμύτητος· λεπτύνεται δὲ καὶ τὸ αἷμα τῶν τὸ ἅλας λειχόντων, οὐδὲ πήγνυται τὰ ἐντὸς, ἁλῶν μιγέντων. Σκόπει δὲ μὴ καὶ F
γονιμώτερα, καὶ προθυμότερα πρὸς τὰς συνουσίας· καὶ γὰρ αἱ κύνες κύουσι ταχέως, τάριχος ἐπεσθίουσαι· καὶ τὰ ἁλιηγὰ τῶν πλοίων πλείους τρέφει μῦς, διὰ τὸ πολλάκις συμπλέκεσθαι.

E. 8. αὐτὰ σφάξαντες] Sic T. P. V. Amiot. Anon. Mez. consentiente in αὐτὰ quidem E. Vulgo, αὐτὰς φυλάξαντες.

F. 2. γονιμώτερα] Forte excidit γίνεται.

discipulus, Apollonius dulcibus vesci et alica nolebat, sed salsamentis et salsuginem habentibus pro cibo uti jubebat: quorum tenuitas tanquam in fricationis locum succedens, alimentum per meatus corpori apponeret. Aut valetudinis potius gratia, et ut abundantia incideretur nutrimenti, ad lingendum salem oves adsuefaciunt? Ægrotant enim pinguedine nimia contracta: eam vero sales colliquant ac diffundunt: idcirco etiam tale pecus mactatum facilius excoriatur; quæ enim agglutinat et constringit cutem pinguedo, tenuis infirmaque redditur ab acrimonia. Tenuatur etiam sanguis salem lingentium: neque constipantur interiores partes, salibus admixtis. Quin et hoc considera, num magis fœcundum fiat inde pecus, et ad coitum pronius: nam canes quoque salsamento eso celerius concipiunt: et naves, quibus sal vehitur, plures alunt mures, ob frequentiorem coitum.

δ'.

Διὰ τί τῶν ὀμβρίων ὑδάτων εὐαρδέστερα τοῖς σπέρμασι τὰ μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν; ἃ δὴ καὶ ἀστραπαῖα καλοῦσι.

Πότερον ὅτι πνευματώδη, διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ταραχὴν
καὶ ἀνάμιξιν; τὸ δὲ πνεῦμα τὴν ὑγρότητα κινοῦν μᾶλ-
λον ἀναπέμπει καὶ ἀναδίδωσιν; Ἢ βροντὰς μὲν καὶ
913 ἀστραπὰς ποιεῖ τὸ θερμὸν ἐν τῷ ἀέρι πρὸς τὸ ψυχρὸν
μαχόμενον; διὸ χειμῶνος ἥκιστα βρονταί, μάλιστα δὲ
ἔαρος, καὶ φθινοπώρου διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κράσεως·
ἡ δὲ θερμότης πέττουσα τὸ ὑγρὸν προσφιλὲς ποιεῖ τοῖς
βλαστάνουσι καὶ ὠφέλιμον. Ἢ μάλιστα μὲν ἔαρος βροντᾷ
καὶ ἀστράπτει, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, τὰ δὲ ἐα-
ρινὰ τῶν ὑδάτων ἀναγκαιότερα τοῖς σπέρμασι πρὸ τοῦ
θέρους; ὅθεν ἡ πλεῖστον ὑομένη τοῦ ἔαρος χώρα, κα-

F. 7. εὐαρδέστερα] Ita libri nostri. Attamen ex hoc loco εὐαλδέστερα memorat, idque Psello, inscriptione capitis 137. *Omnigenæ Doctrinæ*, ap. Fabric. B. G. T. V. reddendum censet Kusterus, ibi laudatus. Ita quidem exstat scripta hæc vox in Plut. Symp. IV, 2. probabiliter: hic tamen contra librorum consensum nil mutandum.

F. 8. ἀστραπαῖα] Ita Longol. T. Amiot. Salmas. ipse Plut. Symp. IV. 2. p. 664. D. et res ipsa postulat. Vulgo, ἀστραπάς.

IV.

Cur aquæ imbrium, qui inter tonitrua et fulgura decidunt, ad semina riganda sunt aptiores? nam astrapæa *inde, id est fulgurales, eæ dicuntur.*

An quia multum spiritus continent, ob conturbationem et admixtionem aëris? spiritus autem humorem movens, magis eum sursum emittit ac digerit? An quia tonitrua et fulgura efficit calor in aëre contra frigus pugnans? unde fit, ut hyeme minimum tonet, vere plurimum et autumno ob inæqualitatem temperiei: calor autem humorem coquens germinibus eum amicum commodumque reddit? An quod vere plurima tonitrua et fulgura fiunt ob caussam dictam? vernis autem aquis admodum opus habent semina ante æstatem:

θάπερ ἡ ἐν Σικελίᾳ, πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καρποὺς ἀναδίδωσιν.

ε΄.

Διὰ τί τῶν χυμῶν ὀκτὼ τῷ γένει ὄντων ἕνα μόνον τὸν B
ἁλμυρὸν ἀπ' οὐδενὸς καρποῦ γενόμενον ὁρῶμεν; καίτοι καὶ τὸν πικρὸν ἡ ἐλαία φέρει πρῶτον, καὶ τὸν ὀξίνην ὁ βότρυς, εἶτα μεταβάλλων, ὁ μὲν γὰρ λιπαρός, ὁ δέ, οἰνώδης· μεταβάλλει δὲ καὶ ὁ στρυφνὸς ἐν ταῖς φοινικοβαλάνοις, καὶ ὁ αὐστηρὸς ἐν ταῖς ῥόαις, εἰς τὸν γλυκύν· ἔνιαι δὲ ῥοιαὶ καὶ μῆλα τὸν ὀξίνην ἁπλῶς φέρουσιν· ὁ δὲ δριμὺς ἐν ταῖς ῥίζαις καὶ σπέρμασι πολύς ἐστι.

Πότερον οὖν οὐκ ἔστιν ἁλμυροῦ γένεσις, ἀλλὰ φθορᾷ τῶν ἄλλων τὸ ἁλμυρόν; διὸ καὶ πᾶσιν ἄτροφον τοῖς ἀπὸ φυτῶν καὶ σπερμάτων τρεφομένοις, ἥδυσμα δ' ἐνίοις γίνεται πρὸς τὸ πλήσμιον ἀφαιρεῖν τῶν τρεφόντων. Ἦ, C
καθάπερ τῆς θαλάττης ἕψοντες ἀφαιροῦσι τὸ ἁλυκὸν καὶ

B. 6. ῥόαις] Præstat ῥοιαῖς, ut mox, cum Mez.

itaque regio quæ vere plurima pluvia rigatur, ut Sicilia, multum bonumque fructum producit.

V.

Qui fit, quod, cum sint octo species saporum, solum salsum videmus in nullo fructu nasci? Sane amarum olea primum fert, et acidum uva, qui deinde in pinguem alter, alter in vinosum mutantur: sed et acerbus in glandibus palmæ abit, et austerus in malis punicis, in dulcem: quædam cum punica tum alia mala acidum saporem simpliciter obtinent: acris in radicibus et seminibus frequens habetur.

An quia salsus sapor non nascitur, sed exsistit reliquis corruptis? itaque etiam stirpibus et seminibus quæ nutriuntur, a salso nihil alimenti apponitur: tantum nonnullis condimenti loco est, dum abundantiam aufert. An sicut mari elixando salsuginem et mordacitatem adi-

δηκτικὸν, ἐν τοῖς θερμοῖς ὑπὸ θερμότητος ἐξαμαυροῦται τὸ ἁλμυρόν; Ἢ χυμὸς μέν ἐστιν, ὡς Πλάτων εἶπεν, ὕδωρ ἠθημένον διὰ φυτοῦ· διηθουμένη δὲ καὶ θάλαττα τὸ ἁλμυρὸν ἀποβάλλει, γεῶδες γὰρ καὶ παχυμερές ἐστιν· ὅθεν ὀρύττοντες παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐντυγχάνουσι ποτίμοις λιβαδίοις, πολλοὶ δὲ καὶ κηρίνοις ἀγγείοις ἀναλαμβάνουσιν ἐκ τῆς θαλάττης ὕδωρ γλυκὺ διηθούμενον, ἀποκρινομένου τοῦ ἁλυκοῦ καὶ γεώδους· ἡ δὲ καὶ ἀργία καὶ προδιαγωγὴ παντάπασι τὴν θάλατταν διηθουμένην, πότιμον ἀποδίδωσι,
D τῷ κατέχειν ἐν ἑαυτῇ καὶ μὴ διιέναι τὸ γεῶδες· οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, εἰκός ἐστι τὰ φυτὰ μήτε ἔξωθεν ἀναλαμβάνειν ἁλμυρίδα, μήτ᾽ ἂν ἐν αὐτοῖς λάβῃ γένεσιν, ἐκκρίνειν εἰς τὸν καρπὸν, οἱ γὰρ πόροι διὰ λεπτότητα τὸ γεῶδες καὶ παχυμερὲς οὐ διηθοῦσι. Ἢ τῆς πικρότητος εἶδος τὴν ἁλμυρότητα θετέον; ὡς Ὅμηρος,

C. 10. ἁλυκοῦ] ἁλμυροῦ T. V. B. Coll. Muret. Jannot. Anon. item tribus proxime sequentibus hoc vulgato substituunt. Nolui mutare, non assentientibus reliquis libris.

C. 10. ἡ δὲ καὶ ἀργία καὶ προδιαγωγὴ] Legendum, ἡ δὲ δι' ἀργίλου προδιαγωγή: ut et Mez. vidit, et in Latinis reddidi.

munt, ita in calidis a calore falsugo aboletur? An sapor quidem est, ut Plato ait, aqua per plantam colata: et aqua etiam marina dum colatur, salsuginem amittit; terrestre enim est et crassarum partium. Itaque juxta mare fodientes, incidunt in latices potui aptos: multi etiam cereis vasis aquam marinam haurientes, excipiunt dulcem ac potabilem, percolato quod salsum erat et terrestre: nam et per argillam deductio omnino percolatam marinam aquam potabilem facit, cum argilla in se contineat, et non dimittat terrestres partes. Hæc cum ita sint, probabile est stirpes neque extrinsecus salsuginem admittere, neque si recipiant, in fructum excernere: meatus enim ob tenuitatem terrestria et crassis partibus constantia non percolant. Aut amaroris species censenda est salsugo? sic enim Homerus,

—— στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην
Πικρὴν, ἣ οἱ πολλὴ ἀπὸ κρατὸς κελάρυζε.

Καὶ ὁ Πλάτων φησὶν, ἀμφοτέρους ῥύπτειν καὶ ἀποτήκειν τοὺς χυμοὺς, ἧττον δὲ ταῦτα ποιεῖν τὸ ἁλυκὸν, καὶ οὐ τραχὺ εἶναι· δόξει δὲ τὸ πικρὸν τοῦ ἁλυκοῦ ξηρότητος ὑπερβολῇ διαφέρειν, ἐπεὶ ξηραντικόν ἐστι καὶ τὸ ἁλυκόν.

ϛʹ.

Διὰ τί τοῖς συνεχῶς διὰ τῶν δεδροσισμένων δένδρων E
βαδίζουσι λέπραν ἴσχει τὰ ψαύοντα τῆς ὕλης μόρια τοῦ σώματος;

Πότερον, ὡς Λαῖτος ἔλεγε, τῇ λεπτότητι τὸ δροσῶδες ὑγρὸν ἀποξύει τοῦ χρωτός; Ἢ, καθάπερ ἐρυσίβη τοῖς ὑγραινομένοις ἐγγίνεται σπέρμασιν, οὕτως ἀπὸ τῆς δρόσου τῶν ἐπιπολῆς χλωρῶν καὶ ἁπαλῶν ἀναχαρασσομένων καὶ ἀποτηκομένων, ἄχνη τις ἀπιοῦσα τοῦ σίνοντος ἀναπίμ-
πλησι προσεχομένη τοῖς ἀναιμοτάτοις μέρεσι τῆς σαρκὸς, F

D. 12. ξηραντικόν ἐστι] Sic E. Vulgo, pro ἐστι legitur τι. B. et Xyl. γε. P. et Jun. τι.
E. 8. ἀπιοῦσα] Mez. ἐπιοῦσα, probabiliter.

—evomit ore suo salsuginem amaram
Quæ madido capitis de vertice larga fluebat.

Plato etiam ait, utrumque saporem abstergendi vim habere et colliquandi: sed salsum id minus facere, neque esse asperum. Videbitur autem amarum a salso abundantia caloris differre: quandoquidem salsum quoque vim exsiccandi habet.

VI.

Qua de caussa fit, ut si quis crebro per roscidas arbores transeat, membra materiam tangentia lepra corripiantur?

An, sicut Laïtus dicebat, roris humor ob tenuitatem de cute aliquid stringit? Aut, sicut rubigo humectatis seminibus incidit, ita a rore viridibus ac tenuibus quæ in superficie sunt morsis et colliquatis, aspergo quædam noxia defertur, et affusa corporis partibus quæ maxime sunt ex-

οἷα κνῆμαι καὶ πόδες, ἀμύσσει καὶ δάκνει τὴν ἐπιφάνειαν; ὅτι γὰρ φύσει τι δηκτικὸν ἔνεστι τῇ δρόσῳ, μαρτυρεῖ τὸ τοὺς πίονας ἰσχνοτέρους ποιεῖν· αἱ γοῦν πίονες γυναῖκες ἱματίοις ἢ ἐρίοις ἁπαλοῖς ἀναλαμβάνουσαι τὴν δρόσον, δοκοῦσι συντήκειν τὴν πολυσαρκίαν.

ζʹ.

Διὰ τί τὰ πλοῖα χειμῶνος ἐν τοῖς ποταμοῖς πλεῖ βράδιον, ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ οὐ παραπλησίως;

Πότερον ὁ ποτάμιος ἀὴρ ἀεὶ δυσκίνητος ὢν καὶ βαρὺς, ἐν δὲ χειμῶνι μᾶλλον παχυνόμενος διὰ τὴν περίψυξιν, ἐμποδὼν ἐστι τοῖς πλέουσιν; Ἢ τοῦτο μᾶλλον τοῦ ἀέρος
914 πάσχουσιν οἱ ποταμοί; ἐλαύνουσα γὰρ ἡ ψυχρότης τὸ ὕδωρ, ποιεῖ βαρὺ καὶ σωματῶδες, ὡς ἔστιν ἐν ταῖς κλεψύδραις καταμαθεῖν, βράδιον γὰρ ἕλκουσι χειμῶνος ἢ θέρους· ἐν δὲ Θρᾴκῃ περὶ τὸ Πάγγαιον ἱστορεῖ Θεόφραστος εἶ

F. 2. ἀμύσσει καὶ] Forte ἀμύσσει τι καὶ, ut constructio sibi constet.

F. 4. πίονας ἰσχνοτέρους] Sic Pol. Jannot. Anon. T. V. B. Amiot. Vulgo, πίνοντας ἰσχνοτέρους.

F. 11. παχυνόμενος] Sic T. Amiot. Mez. Ceteri ἁπαλυνόμενος.

sangues, earum superficiem mordet atque lancinat? Nam rori natura inesse quandam rodendi vim, satis ex eo liquet, quod pingues graciliores facit: et pingues mulieres tenuibus vestimentis aut lanis rorem excipientes, videntur eo nimias carnes consumere.

VII.

Quamobrem hyeme navigia in fluviis tardius incedunt, in mari non item?

An aër fluvialis semper alioqui gravis et lentus, hyeme ob frigus circumstans magis etiam densatus navigantibus obstat? An fluviis potius hoc quam aëri accidit? aquam enim impellens frigus gravem facit et crassam: quod in clepsydris licet observare, tardius enim trahunt hyeme quam aestate. In Thracia apud Pangaeum, narrat Theophrastus, fontem esse, cujus

κρήνην, ἐφ' ἧς ταὐτὸ γέμον ὕδατος ἱστάμενον χειμῶνος, ἕλκειν διπλάσιον σταθμὸν ἢ θέρους· ὅτι δὲ ἡ πυκνότης τοῦ ὕδατος τὴν βραδυτῆτα ποιεῖ τοῦ πλοῦ, δῆλόν ἐστι τῷ πλείονα γόμον φέρειν τὰ ποτάμια πλοῖα τοῦ χειμῶνος· τὸ γὰρ ὕδωρ μᾶλλον ἀντερείδει πυκνότερον καὶ βαρύτερον γινόμενον, τῆς δὲ θαλάττης ἡ θερμότης κωλύει πυκνοῦσθαι, δι' ἣν οὐδὲ πήγνυται· μαλακὴ γὰρ ἔοικεν εἶναι ἡ πύκνωσις.

η'.

Διὰ τί τῶν ἄλλων ὑγρῶν ἐν τῷ κινεῖσθαι καὶ στρέφεσθαι ψυχομένων, τὴν θάλατταν ὁρῶμεν ἐν τῷ κυματοῦσθαι θερμοτέραν γινομένην; B

Ἢ τῶν μὲν ἄλλων ὑγρῶν ἐπεισόδιον οὖσαν καὶ ἀλλοτρίαν ἐξίστησιν ἡ κίνησις τὴν θερμότητα, καὶ διαφορεῖ, τὴν δὲ τῆς θαλάττης σύμφυτον οὖσαν ἐκριπίζουσι μᾶλλον οἱ ἄ-

A. 5. ἐφ' ἧς] Forte ἀφ' ἧς, ut Anon. vel ἐξ ἧς.

A. 5. γέμον] ἀγγεῖον T. Mez. idque potius addendum vulgato, quam substituendum. Vide Athen. II. p. 42. B.

A. 5. ἱστάμενον] Revocavi veterem lectionem ex Ald. Bas. Xyl. B. E. P. Stephanus ediderat σταθμώμενον ex Pol. et Jannot.

A. 11. μαλακὴ—πύκνωσις] Puto auctorem scripsisse, μάλαξις γὰρ ἔοικεν εἶναι ἡ θερμότης, ἡ ψυχρότης δὲ πύκνωσις. Itaque reddidi.

aqua idem vas impletum hyeme bis tantum pendat atque aestate. Porro crassitiem aquae in caussa esse ut tardius eant naves, ex eo liquet, quod naves fluviales hyeme majora portant onera: aqua enim densior graviorque facta magis renititur. Mare autem ne densetur, calor prohibet. Videtur enim densatio esse frigoris, ut caloris emollitio.

VIII.

Cur, cum alii humores dum commoventur et versantur, fiant frigidiores, mare videmus dum fluctibus exagitatur, incalescere?

An quod aliorum humorum calorem, utpote adscititiam rem, motus expellit atque differt: maris calorem nativum exsuscitant potius venti atque

νέμει καὶ τρέφουσι· μαρτυρία δὲ τῆς θερμότητος ἡ διαύγεια, καὶ τὸ μὴ πήγνυσθαι, καίπερ οὖσαν γεώδη καὶ βαρεῖαν.

θ'.

Διὰ τί τοῦ χειμῶνος ἧττον πικρὰ γίνεται γευομένοις ἡ θάλαττα; τοῦτο γάρ φασι καὶ Διονύσιον ἱστορεῖν τὸν ὑδραγωγόν.

Ὅτι παντελῶς μὲν ἔρημος οὐκ ἔστι γλυκύτητος οὐδὲ
C ἄμοιρος ἡ πικρότης, ἅτε δὴ ποταμοὺς τοσούτους ἀποδεχομένης τῆς θαλάττης· τοῦ δὲ ἡλίου τὸ γλυκὺ καὶ πότιμον ἐξαιροῦντος ἀπὸ κουφότητος τὸ ἐπιπολάζον, καὶ μᾶλλον ἐν τῷ θέρει τοῦτο ποιοῦντος, ἐν δὲ τῷ χειμῶνι μαλακώτερον ἁπτομένου δι' ἀσθένειαν θερμότητος, ὑπολειπομένη μοῖρα πολλῆς γλυκύτητος ἀνίησι τὸ ἀκράτως πικρὸν καὶ φαρμακῶδες· τοῦτο δ' ἡσυχῇ καὶ τοῖς ποτίμοις συμβαίνει· θέρους γὰρ πονηρότερα γίνεται, τὸ κουφότατον καὶ γλυκύτατον τοῦ θερμοῦ διαφοροῦντος, ἐν δὲ χειμῶνι, νέον

B. 13. Ὅτι παντελῶς] Lego, Ἢ ὅτι παντελῶς.
C. 9. νέον σπείρει] Displicet ita ut de mendo suspectum sit. An corrigendum, τὸ νέον συντηρεῖ.

augent? Caloris argumentum est pelluciditas, et quod non densatur, quanquam terrestris sit et gravis.

IX.

Cur per hyemem minus amarum est gustatu mare? hoc enim etiam Dionysium aiunt referre aquatorem.

An amaror maris non plane est expers dulcedinis, ut quod tot fluvios recipiat? Sol autem cum dulcem ac potabilem ejus aquam ob levitatem in superficie versantem conficit, idque æstate magis quam hyeme, quando mollius eam tangit ob caloris imbecillitatem; relinquitur tum portio multæ dulcedinis, quæ nimiam et virosam temperet atque mitiget amaritudinem. Idque nonnihil etiam aquis potabilibus contingit. Æstate enim sunt deteriores, Sole quod levissimum est et dulcissimum dissipante: hyeme autem recens nascitur dul-

ἀπειρὲς καὶ πρόσφατον, οὗ μετέχειν ἀνάγκη καὶ τὴν θάλατταν σειομένην ἅμα καὶ τῶν ποταμῶν ἐπιδιδόντων.

ί.

Διὰ τί τῷ οἴνῳ θάλασσαν παραχέουσι, καὶ χρησμόν τινα λέγουσιν ἁλιεῖς κομισθῆναι προστάττοντα βαπτίζειν τὸν Διόνυσον πρὸς τὴν θάλατταν· οἱ δὲ πόῤῥω θαλάττης, D ἐμβάλλουσι γύψον Ζακυνθίαν ὀπτήσαντες;

Πότερον ἡ θερμότης βοηθεῖ πρὸς τὴν περίψυξιν; Ἢ αὕτη ἐξίστησι μάλιστα τὸν οἶνον ἀποσβεννύουσα καὶ φθείρουσα τὴν δύναμιν; Ἢ τὸ ὑδατῶδες καὶ πνευματῶδες τοῦ οἴνου πρὸς μεταβολὴν ἐπισφαλεστάτην ἔχοντος ἵστησι τὰ γεώδη πεφυκότα στύφειν καὶ καταπυκναίνειν; οἱ δὲ ἅλες μετὰ τῆς θαλάττης λεπτύνοντες καὶ ἀποτήκοντες τὸ ἀλλότριον καὶ περιττὸν, οὐκ ἐῶσι δυσωδίαν οὐδὲ σῆψιν ἐγγίνεσθαι; πρὸς δὲ τούτοις ὅσον ἐστὶ παχὺ καὶ γεῶδες ἐμπλεκόμενον E

D. 6. ἐπισφαλεστάτην] Immo ἐπισφαλέστατα, ut monuit Mez.

cedo, cujus necesse est mare etiam fieri particeps, dum exagitatur, et in ipsum fluvii se evolvunt.

X.

Cur vino aquam marinam affundunt? et ferunt piscatoribus oraculum datum, quo juberentur Bacchum mari immergere: qui procul a mari absunt, gypsum Zacynthiam tostam injiciunt.

Utrum calor remedio est adversus refrigerationem? Aut potius magis eum elidit, restinguendo vino, et vi ejus corrumpenda? An vero quod in vino est aqueum et aëreum, ideoque ad mutationem admodum proclive sit, sistitur terrenis injectis, quorum natura est stipare et densare? Sales porro cum aqua marina attenuantes ac colliquantes quod alienum est et supervacaneum, non sinunt foetorem aut putredinem ingenerari? Ad haec, crassa et terrestria gravioribus impli-

τοῖς βαρυτέροις, καὶ συγκαταπαυόμενον, ἀποστάθμην ποιεῖ καὶ τρύγα, τὸν δὲ οἶνον ἀπολείπει καθαρόν.

ιά.

Διὰ τί μᾶλλον ναυτιῶσι τὴν θάλατταν πλέοντες, ἢ τοὺς ποταμοὺς, κἂν ἐν γαλήνῃ πλέωσι;

Ἢ ὅτι μάλιστα ναυτίαν κινεῖ τῶν αἰσθήσεων ἡ ὄσφρησις, τῶν δὲ παθῶν ὁ φόβος; καὶ γὰρ τρέμουσι καὶ φρίττουσι, καὶ κοιλίας ἐξυγραίνονται, φαντασίαν κινδύνου λαβόντες· τούτων δὲ οὐδέτερον ἐνοχλεῖ τοῖς διὰ ποταμοῦ πλέουσιν, ἡ γὰρ ὄσφρησις παντὶ ποτίμῳ καὶ γλυκεῖ συνήθης ἐστὶν, ὁ δὲ πλοῦς ἀκίνδυνος· ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ τήν τε ὀσμὴν ἀηδείᾳ δυσχεραίνουσι, καὶ φοβοῦνται μὴ πιστεύοντες
F τῷ παρόντι περὶ τοῦ μέλλοντος· οὐδὲν οὖν ὄφελος τῆς ἔξω γαλήνης, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ σάλον ἔχουσα καὶ θορυβουμένη συγκινεῖ καὶ ἀναπίμπλησι τὸ σῶμα τῆς ταραχῆς.

E. 7. Ἢ ὅτι μάλιστα] Sic T. V. B. Leonic. Schott. Vulgo, Ἢ ὅτι abest.
F. 2. ἡ ψυχὴ] ἡ addidimus ex B. P.

cata unaque deorsum tracta sedimentum seu fæcem faciunt, vinumque ita purum reddunt.

XI.

Cur magis nauseant qui in mari navigant, quam qui in fluviis, etiam cælo tranquillo?

Sensuum maxime olfactus nauseam movet, et animi de motibus metus; nam et tremunt, et horrent, et alvi humectantur iis, qui imaginando periculum concipiunt. Horum neutrum molestum est navigantibus in flumine. Nam odor omni dulci ac potabili aquæ familiaris est, navigatio sine periculo. In mari et odor insolens molestiam adfert, et metuunt sibi, præsenti de futuro fidem non habentes. Itaque tranquillitas foris nihil prodest, dum animus æstuans ac perturbatus corpus quoque tumultu opplet.

ιβ'.

Διὰ τί τῆς θαλάττης ἐλαίῳ καταῤῥαινομένης γίνεται καταφάνεια καὶ γαλήνη;

Πότερον, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, τὸ πνεῦμα τῆς λειότητος ἀπολισθαῖνον, οὐ ποιεῖ πληγὴν οὐδὲ σάλον; Ἢ τοῦτο μὲν πιθανῶς εἴρηται πρὸς τὰ ἐκτός; ἐπεὶ δὲ 915
φασι καὶ τοὺς κατακολυμβῶντας, ὅταν ἔλαιον εἰς τὸ στόμα λαβόντες ἐκφυσήσωσιν ἐν τῷ βυθῷ φέγγος ἔχειν καὶ δίοψιν, οὐκ ἔστιν ἐκεῖ πνεύματος ὄλισθον αἰτιάσασθαι, σκόπει δὴ μὴ τὴν θάλατταν γεώδη καὶ ἀνώμαλον οὖσαν ἐξωθεῖ καὶ διαστέλλει τῇ πυκνότητι τὸ ἔλαιον, εἶτα ἀνατρεχούσης εἰς αὐτὴν καὶ συστελλομένης ἀπολείπονται πόροι μεταξὺ τοῖς ὄψεσι διαύγειαν καὶ καταφάνειαν διδόντες. Ἢ φύσει μὲν ἐστι φωτεινὸς ὑπὸ θερμότητος ὁ τῇ θαλάττῃ καταμεμιγμένος ἀὴρ, γίνεται δὲ ταραχθεὶς ἀνώμαλος καὶ σκιώδης; ὅταν οὖν τὴν ἀνωμαλίαν ἐπιλεάνῃ πυκνότητι τὸ ἔλαιον, ἀπολαμβάνει τὴν ὁμαλότητα καὶ τὴν διαύγειαν. B

XII.

Cur mare oleo conspersum pellucidum fit et tranquillum?

An, ut Aristoteles inquit, spiritus a lævitate delabens, ictum nullum infert, neque fluctum ciet? Aut hoc probabiliter dictum est, ratione externorum? Urinatores quidem dicuntur oleum in os sumtum, eoque afflato lucem in fundo habere, ac pellucidam reddere aquam: ubi lapsum spiritus pro caussa adducere, non est integrum. Cogitandum ergo, num mare, quod terrenum est atque inæquale, oleum sua densitate cogat, atque complanet: atque mare in se coactum relinquat meatus, et pelluciditatem visui penetrabilem. Aut quia natura aër mari permixtus lucidus est, conturbandoque inæqualis fit et umbrosus: oleo inæqualitatem sua densitate lævigante, æquabilitatem pelluciditatemque recuperat?

ιγ'.

Διὰ τί χειμῶνος μᾶλλον ἢ θέρους τὰ τῶν ἁλιέων σήπεται δίκτυα; καίτοι τά γε ἄλλα μᾶλλον ἐν τῷ θέρει τοῦτο πάσχει.

Πότερον, ὡς Θεόφραστος οἴεται, ὑπὸ ψυχρῷ τὸ θερμὸν ὑποχωρεῖν ἀντιπερίσταται, καὶ θερμότερα ποιεῖ τὰ ἐν βάθει τῆς θαλάττης, ὥσπερ τῆς γῆς; διὸ καὶ τὰ πηγαῖα τῶν ὑδάτων χλιαρώτερα τοῦ χειμῶνός εἰσι, καὶ μᾶλλον ἀτμίζουσιν αἱ λίμναι καὶ οἱ ποταμοί, κατακλείεται γὰρ εἰς βάθος ἡ θερμότης ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ κρατήσαντος. Ἡ σῆψις μὲν οὐκ
C ἔστι τῶν δικτύων, ὅταν δὲ φρίξῃ καὶ παγῇ διὰ τὸ ψῦχος ἀναξηραινόμενα καὶ θρυπτόμενα μᾶλλον ὑπὸ τοῦ κλύδωνος, σήψει τινὶ καὶ μυδήσει πάσχει παραπλήσιον; καὶ γὰρ πονεῖ μᾶλλον ἐν κρύει, καθάπερ τὰ νεῦρα συντεινόμενα ἀπορρήγνυται, πλεονάκις ἐκταραττομένης διὰ τὸν χειμῶνα τῆς θαλάττης· διὸ καὶ στύφουσιν αὐτὰ ταῖς βαφαῖς

B. 4. ἐν τῷ θέρει] ἐν nescio quare omiserit Steph. Habent sane Ald. Bas. Xyl. Venet. Item Index varietatis Græco-Lat.

XIII.

Quamobrem hyeme magis quam æstate piscatorum retia putrescunt? cum aliis rebus hoc æstate magis eveniat.

An ea est caussa quam Theophrastus adfert? Calorem nimirum frigori cedere, et contrarium locum occupare, et calidiora reddere profunda maris, ut et terræ. Itaque etiam fontanæ aquæ tepidiores sunt per hyemem, magisque vaporant lacus et flumina: nam calor in imum concluditur a prævalente frigore. Aut putredo nulla retibus accidit tum temporis? Etenim frigore concreta et exsiccata, cum ab undis eo facilius rumpuntur, aliquid patiuntur simile putrefactionis, et corruptionis ab uditate profectæ: magis enim laborant in gelu: (sicut et nervi intenti lacerantur) quia tunc frequentius mare tempestatibus exagitatur. Ideo retia piscatores stipant tincturis atque den-

καὶ πυκνοῦσι, φοβούμενοι τὰς ἀναλύσεις· ἐπεὶ μὴ βαφέντα, μηδὲ χρισθέντα, μᾶλλον ἂν ἐλάνθανε τοὺς ἰχθῦς· ἐναέριον γὰρ τὸ τοῦ λίνου χρῶμα καὶ ἀπατηλὸν ἐν θαλάττῃ.

ιδ΄.

Διὰ τί Δωριεῖς εὔχονται κακὴν χόρτου συγκομιδήν;

Ἢ κακῶς μὲν συγκομίζεται χόρτος ὑόμενος; κόπτεται γὰρ οὐ ξηρὸς, ἀλλὰ χλωρὸς, ὥστε σήπεται ταχὺ διάβροχος D γενόμενος· ὑόμενος δὲ πρὸ τοῦ θέρους ὁ σῖτος βοηθεῖται πρὸς τὰ θερμὰ καὶ νότια πνεύματα, ταῦτα γὰρ οὐκ ἐᾷ πυκνωθῆναι συνιστάμενον ἐν τῷ στάχυϊ τὸν καρπὸν, ἀλλ' ἐξίστησι καὶ διαχεῖ τῇ θερμότητι τὴν πῆξιν, ἂν μὴ βεβρεγμένης τῆς γῆς ὑγρότης παρουμένη ψύχουσα καὶ νοτίζουσα τὸν στάχυν;

C. 12. εὔχονται] Sic B. E. Anon. T. V. B. Mez. Amiot. Psellus cap. 147. Vulgo, ἔχονται.

sant, metuentes dissolutionem. Nam alioqui nulla re tinctum rete aut inunctum facilius falleret pisces: cum lini color sit aëreus, et in mari facile lateat.

XIV.

Quare Dorienses optant malam fœni congestionem?

An male convehitur fœnum complutum: secatur enim non arida herba, sed viridis: unde mox putrescit aqua pluvia rigata. Cum autem compluitur ante messem frumentum, id ei auxilio est adversus calidos et austrinos ventos: qui alias non finerent densari in spica fructum, sed sua caliditate impedirent coalitionem ac dissiparent, nisi terra rigata humor adesset qui spicam refrigeraret atque humectaret?

ιε'.

Διὰ τί πυροφόρος ἡ πίων καὶ βαθεῖα χώρα, κριθοφόρος δὲ μᾶλλον ἡ λεπτόγεως;

Ἢ ὅτι τῶν σπερμάτων τὰ ἰσχυρὰ πλείονος τροφῆς
E δεῖται, τὰ δὲ ἀσθενῆ, λεπτῆς καὶ ἐλαφρᾶς; ἀσθενεστέρα δὲ ἡ κριθὴ καὶ μανωτέρα· ὅθεν οὐ φέρει τὴν πολλὴν τροφὴν καὶ βαρεῖαν· μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ, πυρὸς τὸν τρίμηνον ἐν ταῖς ἀποξήροις φύεσθαι βέλτιον, ἀνοστότερον ὄντα καὶ τροφῆς ἐλάττονος δεόμενον, διὸ καὶ συντελεῖται τάχιον.

ιϛ'.

Διὰ τί λέγεται,

Σῖτον ἐν πηλῷ φυτεύετε, τὴν δὲ κριθὴν ἐν κόνει;

Πότερον, ὡς εἰρήκαμεν, ὁ μὲν δύναται πλείονος τροφῆς κατακρατεῖν, ἡ δὲ οὐ φέρει τὸ πολὺ καὶ κατακλύζον; Ἢ πυκνὸς ὢν ὁ πυρὸς καὶ ξυλώδης, φύεται βέλτιον ἐν ὑγρῷ, μαλαττόμενος καὶ χαλώμενος· τῇ δὲ κριθῇ διὰ

XV.

Quapropter pinguis et profunda terra tritici est ferax, hordei ea potius quæ tenuior est?

An quia ſeminum validiora ampliore indigent alimento: infirmiora levi et tenui? Eſt autem hordeum tritico imbecillius et laxius: itaque etiam non admodum large nutrit. Teſtimonium huic rationi inde ſuggeritur, quod triticum iſtud, cui a proventu trimeſtri nomen eſt, in aliquantum ſiccis agris facilius provenit: cum ſit exſuccum et minori indigeat nutrimento, ideoque facilius ad perfectionem veniat.

XVI.

Cur dicunt,

Triticum in cœno ſerite, hordeumque in pulvere?

An quia, ut diximus, triticum conficere plus alimenti poteſt: hordeum non fert ejus copiam, ſed ea obruitur? Aut triticum, cum ſit denſum et lignoſum, melius provenit in humido emollitum et laxatum ſolo: hordeo autem

μανότητα σύμφορον ἐν ἀρχῇ τὸ ξηρότερον; Ἢ διὰ F
θερμότητα σύμμετρος καὶ ἀβλαβὴς ἡ κρᾶσις, ψυχρότερον δὲ κριθή; Ἢ φοβοῦνται τὸν πυρὸν ἐν ξηρῷ τρέφειν διὰ τοὺς μύρμηκας; εὐθὺς γὰρ ἐπιτίθενται, τὰς δὲ κριθὰς ἧττον φέρονται, δυσβάστακτοι γάρ εἰσι καὶ δυσπαρακόμιστοι διὰ μέγεθος.

ιζʹ.

Διὰ τί τῶν ἀῤῥένων ἵππων μᾶλλον ἢ τῶν θηλειῶν τὰς τρίχας εἰς τὴν ὁρμιὰν λαμβάνουσι;

Πότερον ὡς τοῖς ἄλλοις τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος μέρεσι, καὶ ταῖς θριξὶν εὐτονώτερόν ἐστιν; Ἢ μᾶλλον διὰ τὸ 916
οὖρον οἴονται τὰς τρίχας τῶν θηλειῶν βρεχομένας γίνεσθαι χείρονας;

ιηʹ.

Διὰ τί τευθὶς φαινομένη σημεῖόν ἐστι μεγάλου χειμῶνος.

Ἢ πάντα φύσει τὰ μαλάκια δύσριγα διὰ γυμνότητα τῆς σαρκὸς καὶ ψιλότητα, μήτε ὀστράκῳ μήτε δέρ-

F. 1. Ἢ διὰ θερμότητα—κρᾶσις] Haec non integra videntur.

ob raritatem ab initio commodum est siccius? Aut quia ob calorem congruit temperies et innoxia est: frigidius autem est hordeum? Aut verentur in sicco triticum serere, formicarum caussa, quae statim ei insidiantur? hordeum autem non ita facile eae portare ac differre possunt, cum sit grandiusculum.

XVII.

Cur equorum potius quam equarum setis utuntur ad funiculum unde hamus suspenditur?

An ut aliis in partibus, ita hic quoque robustiora sunt mascula foemineis? Aut quia equarum setae lotio subinde madefactae sunt deteriores?

XVIII.

Quare teuthis conspecta, signum est magnae tempestatis.

An quia omnes pisces, qui de mollium sunt genere, (Graeci malacia vocant) frigus difficulter ferunt, ob car-

ματι μήτε λεπίδι σκεπομένης, ἀλλ' ἐντὸς ἐχούσης τὸ σκληρὸν καὶ ὀστῶδες· διὸ καὶ κέκληται μαλάκια· ταχὺ δὲ προαισθάνεται δι' εὐπάθειαν τοῦ χειμῶνος· ὅθεν ὁ μὲν πολύπους εἰς γῆν ἀνατρέχει, καὶ τῶν πετριδίων ἀντιλαμβανόμενος σημεῖόν ἐστι πνεύματος ὅσον ἤδη παρόντος, ἡ
B δὲ τευθὶς ἐξάλλεται φεύγουσα τὸ ψῦχος καὶ τὴν ἐν βάθει ταραχὴν τῆς θαλάττης, καὶ γὰρ ἔχει μάλιστα τῶν μαλακίων εὔθρυπτον καὶ ἁπαλὸν τὸ σαρκῶδες.

ιθ'.

Διὰ τί τὴν χροιὰν ὁ πολύπους ἐξαλλάττει;

Πότερον, ὡς Θεόφραστος ᾤετο, δειλόν ἐστι φύσει ζῷον; ὅταν οὖν ταραχθῇ τρεπόμενον τῷ πνεύματι, συμμεταβάλλει τὸ χρῶμα, καθάπερ ἄνθρωπος· διὸ καὶ λέλεκται,

Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρώς·

Ἢ τοῦτο πρὸς τὴν μεταβολὴν πιθανῶς λέλεκται, πρὸς δὲ τὴν ἐξομοίωσιν οὐχ ἱκανῶς; μεταβάλλει γὰρ οὕτως ὥστε τῇ

nis nuditatem et tenuitatem? nam neque testa, neque cute, neque squama integuntur, intusque duras habent osseasque partes: unde et nomen iis factum. Ergo facile sentiunt tempestatem futuram, cum tam cito a frigore afficiantur. Itaque polypus in terram excurrens, et saxa amplectens, indicium est venti jamjam prorupturi. Teuthis autem exsilit fugiens frigus, ac tumultum qui in profundo maris est: nam præ ceteris malaciis ille piscis teneram habet carnem, et attritu facilem.

XIX.

Cur colorem mutat polypus?

An, ut Theophrastus scribit, quia natura timidum est animal, ideo perturbatus una cum spiritu etiam colorem mutat? ideo quoque dictum est:

Semper degeneris mutatur enim color.

Quid si hoc ad mutationem sufficit, non ad id etiam, quod omnes colores refert? Sic enim colorem mutat polypus, ut eum similem faciat cujus-

χροιὰν αἷς ἂν πλησιάζῃ πέτραις ὁμοιοῦν· περὶ οὗ καὶ C
Πίνδαρος ἐποίησε,

Ποντίου θηρὸς χρωτὶ μάλιστα νόον προσφέρων,
Πάσαις πολίεσσιν ὁμίλει.

Καὶ Θέογνις,

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολυχρόου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἰφάνη.

τοῦτο δὴ καὶ τοὺς πανουργίᾳ καὶ δεινότητι ὑπερφέροντας ἔχειν τὸ ἐπιτήδευμα λέγουσιν, ὡς ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, καὶ διαφυγεῖν τοὺς πλησίον, ἑαυτοὺς ἀεὶ ἀπεικάζειν πολύποδι. Ἡ καθάπερ ἐσθῆτι τῇ χροιᾷ νομίζουσι χρῆσθαι, ῥᾳδίως οὕτως ἣ βούλεται μετενδυόμενον. Ἆρ' οὖν τὴν μὲν ἀρχὴν αὐτὸς ἐνδίδωσι τοῦ πάθους δείσας, τὰ δὲ κύρια τῆς αἰτίας D
ἐν ἄλλοις ἐστί; σκόπει δή, κατ' Ἐμπεδοκλέα,

Γνοὺς ὅτι πάντων εἰσὶν ἀπόρροιαι ὅσσ' ἐγένοντο·

οὐ γὰρ ζώων μόνον, οὐδὲ φυτῶν, οὐδὲ γῆς καὶ θαλάττης, ἀλλὰ καὶ λίθων ἄπεισιν ἐνδελεχῶς πολλὰ ῥεύματα, καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου· καὶ γὰρ φθείρεται πάντα καὶ ὄδωδε, τῷ

C. 11. Ἢ καθάπερ] Legendum, ὃν καθάπερ, cum Mez. Item vertimus.
D. 6. ὄδωδε] Lego, ὄλωλε: quod vertimus.

vis ſaxi colori ad quod accedit. Hinc illud Pindari:

Marinæ beſtiæ colori
Adverte mentem, et ſic vafer omnibus
Verſare in urbibus.

Et Theognidis:

Polypodis fac morem imiteris verſicoloris:
Cui ſubit is, ſemper fit ſimilis lapidi.

atque hoc verſutia et calliditate præſtantes aiunt ſtudio habere, ut fallendi eos gratia quibuſcum agunt, ſemper polypum æmulentur: quem cenſent cute tanquam veſte uti, ita facile eam ubi vult induendo atque exuendo. Quid ſi polypus huic affectioni principium metu ſuo ſuppeditat, cauſſæ propriæ in aliis ſunt? Cogita enim quod Empedocles dixit:

Hoc noris, rebus defluxus omnibus eſſe.

Non enim animalia modo et ſtirpes, et terra, et mare, ſed etiam lapides a ſe continenter dimittunt multos defluxus, et æs etiam atque ferrum. Nam corrumpuntur omnia, et per-

ῥεῖν ἀεί τι καὶ φθείρεσθαι συνεχῶς· καὶ γὰρ ἕλξεις ἢ ἐπιπηδήσεις ποιοῦσι ταῖς ἀποῤῥοίαις, οἱ μὲν ἐμπλοκὰς αὐτῶν, οἱ δὲ πληγὰς, οἱ δὲ ὤσεις τινὰς καὶ περιελεύσεις ὑποτιθέμενοι. Μάλιστα δὲ τῶν παραλίων πετρῶν ἐπιῤῥαινομένων καὶ ψυχομένων ὑπὸ τῆς θαλάττης, ἀπιέναι μέρη καὶ
E θραύσματα πολλὰ, καὶ λεπτὰ *, συνεχῶς ἀτ * λοις οὐ προστε * σῶμα, ἀλλὰ λανθάνει περιολισθαίνοντα τῶν πυκνοτέρους ἐχόντων πόρους, ἢ διεκθέοντα τῶν μανωτέρους. Ὁ δὲ πολύπους τήν τε σάρκα προσιδεῖν αὐτόθεν ἀνθρηνιώδης, καὶ πολύπορος, καὶ δεκτικὸς ἀποῤῥοιῶν ἐστιν· ὅταν δὲ δείσῃ, τῷ πνεύματι τρεπόμενος καὶ τρέπων, οἷον ἔσφιγξε τὸ σῶμα καὶ συνήγαγεν, ὥστε προσδέχεσθαι καὶ στέγειν ἐπιπολῆς τὰς τῶν ἐγγὺς ἀποῤῥοίας· καὶ γὰρ ἡ τρα-

D. 7. φθείρεσθαι] Lego, φέρεσθαι.

D. 11. ψυχομένων] Aliud requiritur: νυττομένων Mez. Forte ψωχομένων.

E. 1. λεπτὰ *—λανθάνει] Hæc ad Latinam interpretationem Longolii refingenda; ſi quidem, de quo non conſtat, integrum in ſuo codice hunc locum habuit: λεπτὰ εἰκὸς συνεχῶς, ἃ τοῖς χρώμασι ἀλλήλων διαφέροντα, τοῖς μὲν ἄλλοις οὐ προσίσχεται σώμασι, ἀλλὰ λανθάνει—. Ita partim et T. V. Amiot. Mez.

E. 7. προσδέχεσθαι—ἐπιπολῆς] Utrumque eſt ex Pſello Cap. 145. T. V. Anon. Mez. poſterius etiam ex B. E. Vulgo, προδέχεσθαι—ἐπὶ πολλῆς.

eunt, quia ſemper aliquid defluit. Et philoſophi tractiones aut inſultationes faciunt defluxibus, alii complexus eorum, alii ictus, alii impulſiones quaſdam et circuitiones ſupponentes. Maxime autem ſaxorum marinorum, quando mari ea adſperguntur et refrigerantur, veriſimile eſt adſiduo abradi multa ac tenuia ramenta, quæ aliis atque aliis coloribus inſignia, non accidant ad alia corpora, ſed vel dilabantur ob meatuum denſitatem, vel excidant per rariores. Polypi autem caro, quod adſpectus ipſe poſſit judicare, eſt cavernoſa, meatuum plena, defluxuumque capax. Is ergo quando ſibi timet, mutato ſpiritu ſeſe mutans, tamquam conſtringit corpus, contrahitque ut recipiat contineatque in ſuperficie vicinos defluxus. Quippe aſperitas u-

χύτης μετὰ τῆς μαλακότητος ἕλικας παρέχουσα τοῖς ἐπιφερομένοις μέρεσι μὴ σκεδαννυμένοις, ἀλλ᾽ ἀθροιζομένοις, F καὶ προσεσμένουσι σὺν χρῶ * τὴν ἐπιφά * τητι * τεκμήριον δὲ τῆς αἰτίας μέγα, τὸ μήτε τοῦτον πᾶσιν ἐξομοιοῦσθαι τοῖς πλησίον, μήτε τὸν χαμαιλέοντα τοῖς λευκοῖς χρώμασιν, ἀλλὰ μόνοις ἑκάτερον ὧν ταῖς ἀποῤῥοίαις πόρους συμμέτρους ἔχουσιν.

κ΄.

Διὰ τίνα αἰτίαν τὸ τῶν ἀγρίων συῶν δάκρυον ἡδὺ, τὸ δὲ τῶν ἐλάφων ἁλμυρὸν ἐστι καὶ φαῦλον;

Αἰτία δὲ θερμότης καὶ ψυχρότης τούτων, καὶ ψυχρὸν 917
μὲν ὁ ἔλαφος, περίθερμον δὲ καὶ πυρῶδες ὁ σῦς· ὅθεν τὸ μὲν φεύγει, τὸ δὲ ἀμύνεται τοὺς ἐπιόντας, ὅτε καὶ μάλιστα διὰ τὸν θυμὸν ἐκβάλλει τὸ δάκρυον· πολλῆς γὰρ ἐπὶ τὰ

F. 2. σὺν χρῶ *—τεκμήριον δὲ] Ex vestigiis scripturæ et Longolii interpretatione legendum videtur, σύγχροιαν αὐτοῦ τὴν ἐπιφάνειαν τοῖς ἐγγύτατα οὖσι ἀπεργάζεται. Τεκμήριον δὲ—.

F. 3. πᾶσιν] Sic Leonic. Jannot. Schott. T. V. Amiot. et Xyl. vers. Vulgo, πάσχειν.

na cum mollitie sinuosos flexus præbens recipiendis particulis, quæ offeruntur et non dissipantur, sed congregantur, superficiem exhibent ejusdem coloris cujus sunt proxima quæque corpora. Argumentum caussæ permagnum est, quod neque polypus quarumvis imitatur rerum colorem, quibus appropinquat, neque chamæleon albarum: sed uterque iis tantum adsimilatur, quarum defluxibus meatus proportione habet respondentes.

XX.

Quid est caussæ, quod lachryma sylvestrium suum dulcis est, cervi salsa, et vitiosa?

Videtur in caussa esse horum animalium calor et frigus: nam frigidus est cervus, aper admodum calidus et igneus; itaque ille fugit: hic se defendit adversus insectantes, cum quidem maxime excandescentia ei lachrymas exprimit. Multo enim accidente

ὄμματα θερμότητος φερομένης, ὡς εἴρηται,

Φρίξας εὖ λοφιὴν, πῦρ ὀφθαλμοῖσι δεδορκὼς,

γλυκὺ γίνεται τὸ ἀποστακόμενον. Ἔνιοι δέ φασιν, ὥσπερ γάλακτος ὀῤῥὸν, τοῦ αἵματος ταραχθέντος ἐκκρίνεσθαι τὸ δάκρυον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς· ἐπεὶ τοίνυν τραχὺ καὶ μέλαν τὸ τῶν κάπρων αἷμα διὰ θερμότητα, λεπτὸν δὲ καὶ ὑδαρὲς τὸ τῶν ἐλάφων, εἰκότως καὶ τὸ ἀποκρινόμενον ἐν
B τοῖς θυμοῖς καὶ τοῖς φόβοις ἑκατέρου, τοιοῦτον.

κα΄.

Διὰ τί τῶν ὑῶν αἱ μὲν ἥμεροι πλεονάκις τίκτουσι καὶ κατ' ἄλλον ἄλλαι χρόνον, αἱ δὲ ἄγριαι καὶ ἅπαξ καὶ περὶ τὰς αὐτὰς ἅπασαι σχεδὸν ἡμέρας; αὗται δέ εἰσιν ἀρχομένου θέρους· διὸ καὶ λέλεκται,

Μηκέτι νυκτὸς ὕειν, ἢ καὶ τίκτῃ ἀγροτέρη σῦς.

Ἢ διὰ πλῆθος τροφῆς, ὄντως ἐν πλησμονῇ Κύπρις;

A. 9. τραχὺ] Forte, παχύ: itaque vertit Longol.
B. 8. ὄντως] Legendum vel καὶ ὄντως: vel ὄντως γάρ, ut Mez.

ad oculos calore, ſicut fertur illud dictum,

Igne oculos ardens, ſetiſque horrentibus aſper,

id quod eliquatur, dulce redditur. Quidam in ſententiam Empedoclis concedunt, qui a ſanguine conturbato excerni lachrymam putavit, quo modo ſerum a lacte agitato. Cum itaque aprorum ſanguis ob calorem aſper ſit et niger, tenuis et aquoſus cervorum; conſentaneum eſt, tale eſſe quod ira concitatum alterum, timore conſternatum alterum animalium excernit.

XXI.

Qua de cauſſa ſues domeſticæ ſæpe pariunt, aliæque alio tempore, ſylveſtres ſemel, et fere ſub idem omnes tempus, nimirum diebus ineuntis æſtatis: unde illud quoque dictum eſt:

Non jam nocte pluet, qua ſævi uxor pariet apri?

An ob alimenti multitudinem? ut verum ſit illud dic-

ἀφθονία γὰρ τροφῆς, τὸ γόνιμον περίττωμα ποιεῖ καὶ φυτοῖς καὶ ζώοις· αἱ μὲν οὖν ἄγριαι δι' αὑτῶν καὶ μετὰ φόβου τὴν τροφὴν ζητοῦσι, ταῖς δὲ ἡμέροις ὑπάρχει διαπαντὸς, ἡ μὲν, αὐτοφυὴς, ἡ δὲ, ἐκ παρασκευῆς. Ἢ τὸ τῆς σχολῆς καὶ ἀσχολίας ἅμα συμμένον; αἱ μὲν γὰρ ἀργοῦσι c
μὴ βουλόμεναι πόῤῥω πλανᾶσθαι τῶν συφορβῶν, αἱ δὲ ὀρειβατοῦσαι καὶ περιθέουσαι τὴν τροφὴν διαφοροῦσι καὶ καταναλίσκουσιν εἰς τὸ σῶμα πᾶσαν· ὥστε ἢ διὰ τὸ αἰεὶ συνεῖναι, ἢ μὴ γίνεσθαι περίττωμα, ἢ καὶ τὸ συντρέφεσθαι καὶ συναγελάζεσθαι τὰ θήλεα τοῖς ἄῤῥεσιν, ἀνάμνησιν ποιεῖ τῶν ἀφροδισίων καὶ συνεκκαλεῖται τὴν ὄρεξιν, ὡς ἐπὶ ἀνθρώπων Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησε,

Τῷ δέ τι καὶ πόθος εἶτε διὰ πέψεως ἀμμίσγων·

C. 1. ἅμα συμμένον] Mez. ἅμα συμβαῖνον: non ſatisfacit. An ἅμα συναίτιον? ad ſenſum melius, non item ad literarum ductus.

C. 4. ὥστε—συντρέφεσθαι] Tranſponenda videntur hunc in modum: ὥστε μὴ γίνεσθαι περίττωμα. Ἢ τὸ ἀεὶ συνεῖναι καὶ συντρέφεσθαι κ. τ. λ.

C. 9. πέψεως] ὄψεως verterunt Longol. et Amiot. idque ratio poſtulat. An corrigendum, Τοὺς δέ τε καὶ πόθος εἷλε δι' ὄψεως ἄντ' ἀναμίσγων.

tum, *Saturitatis eſt ſocia Venus:* alimenti enim abundantia excrementum fœcundum et ſtirpibus et animalibus parit. Jam porcæ ſylveſtres ſuapte opera, idque cum metu, quærunt paſtum: domeſticis ſemper ſuppeditant alia nativa, alia comparata alimenta. An potius otio et exercitationi illud tribuendum? Etenim domeſticæ quieſcunt, neque procul evagari volunt a ſubulcis: agreſtes in montes ſeſe conferunt, ac circumcurſitant, qua ratione etiam nutrimentum differunt, inque totum corpus inſumunt. Proinde ſive ob perpetuam conſuetudinem, ſive ob excrementi abundantiam, ſive quia una paſcuntur gregatim fœminæ cum maribus, domeſticæ ſues mentionem coïtus adferunt libidinemque concitant: quod de hominibus ſcripſit Empedocles,

Hinc hominum generi ex aſpectu naſcitur ardor.

ἐν δὲ τοῖς ἀγρίοις, ἀποτρόφοις οὖσιν ἀλλήλων, τὸ ἄστοργον D καὶ δυσεπίμικτον ἀμβλύνει καὶ ἀνασβέννυσι τὰς ὁρμάς. Ἦ καὶ τὸ λεγόμενον ὑπὸ Ἀριστοτέλους ἀληθές ἐστιν, ὅτι χλούνην Ὅμηρος ὠνόμασε σῦν τὸν μόνορχιν, τῶν γὰρ πλείστων, φησὶ, προσκνωμένων τοῖς στελέχεσι θρύπτεσθαι τοὺς ὄρχεις.

κβʹ.

Διὰ τί τῆς ἄρκτου φασὶ τὴν χεῖρα γλυκυτάτην ἔχειν σάρκα καὶ φαγεῖν ἡδίστην;

Ὅτι τὰ πέττοντα τὴν τροφὴν μάλιστα τοῦ σώματος παρέχει τὸ κρέας ἥδιστον, πέττει δὲ κάλλιστα τὸ διαπνέον, κινούμενον μάλιστα καὶ συγγυμναζόμενον, ὥσπερ ἡ ἄρκτος E τῷ μέρει τούτῳ πλεῖστα κινεῖται· καὶ γὰρ ὡς ποσὶ τοῖς ἐμπροσθίοις βαδίζουσα χρῆται καὶ τρέχουσα, καὶ ὡς χερσὶν ἀντιλαμβανομένη.

D. 7. τῆς ἄρκτου—καὶ φαγεῖν ἡδίστην] Prius ſumſi ab E. B. Venet. poſterius ex T. Vulgo, τὴν ἄρκτον—δὲ φαγεῖν ἡδίστην.

Agreſtium autem, quia ſeorſim paſcuntur, concupiſcentia hebetatur atque exſtinguitur amoris et conſuetudinis vacuitate. An et id verum eſt quod Ariſtoteles dicit, aprum ab Homero *clunem* dictum, quod unicum haberet teſtem; plerorumque enim aprorum, dum truncis ſeſe adfricant, elidi teſtes.

XXII.

Cur urſæ manus eſt ſuaviſſima, et eſu jucundiſſima?

Quia quæ partes corporis maxime concoquunt alimentum, earum dulciſſima fit caro. Optime autem concoquit, quod tranſpirat, dum maxime movetur et exercetur. Urſa autem creberrime movet anteriora crura: nam ut pedibus iis utitur ad eundum et currendum, et quaſi manibus ad contrectandum.

κγ΄.

Διὰ τί δυσίχνευτος ἡ τοῦ ἔαρος ὥρα;

Πότερον αἱ κύνες, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς,

> Κέμματα θηρείων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶσαι,

τὰς ἀποῤῥοίας ἀναλαμβάνουσιν, ἃς ἐναπολείπει τὰ θηρία τῇ ὕλῃ, ταύτας δὲ τοῦ ἔαρος ἐξαμαυροῦσι καὶ συγχέουσιν αἱ πλεῖσται τῶν φυτῶν καὶ τῶν ὑλημάτων ὀσμαὶ, ὑπὲρ τὴν ἄνθησιν ὑπερχεόμεναι καὶ κεραννύμεναι, περιποτῶσι καὶ διαπλανῶσι τὰς κύνας τοῦ τῶν θηρίων ὀσμῆς ἐπιλαβέσθαι; Διὸ περὶ τὴν Αἴτνην ἐν Σικελίᾳ φασὶ μηδένα F κυνηγεῖν· πολὺ γὰρ ἀναφύεσθαι καὶ τεθηλέναι δι᾽ ἔτους ἴον ὀρεινὸν ἐν τοῖς λειμῶσι, καὶ τὸν τόπον εὐωδίαν ἀεὶ κατέχουσαν, ἁρπάζειν τὰς τῶν θηρίων ἀναπνοάς. Λέγεται δὲ μῦθος, ὡς τὴν Κόρην ἐκεῖθεν ἀνθολογοῦσαν ὁ Πλου-

E. 7. Κέμματα] Venet. κλέμματα. P. σκέμματα. Mez. κείματα. Vide notata ad p. 520. F.

E. 10. ὑπὲρ τὴν ἄνθησιν — περιποτῶσι] T. V. Amiot. αἵπερ τὴν αἴσθησιν — περιαπατῶσι: aliquanto melius vulgato, nec tamen ut recipiendum videretur.

F. 3. ἴον ὀρεινὸν] Prius ſumſi a B. E. P. V. Leonic. Schott. Amiot. Mez. pro vulgato οἶον. Poſterius in εἰαρινὸν mutari placuit Mez. Xylander ex utroque conficere malit ὀρίγανον.

XXIII.

Quare verno tempore veſtigia ferarum difficulter indagantur?

An quia canes, ut ait Empedocles,

> *Naribus indagant veſtigia certa ferarum,*

defluxus iis haurientes, quos feræ in ſolo relinquunt? eos autem obſcurant vere ac confundunt plerique odores plantarum et germinum veſtigiis ſeſe ſuperſternentium, faciuntque ut ab odorandis iis canes aberrent. Itaque apud Ætnam in Sicilia nemo canes ad venandum educit: quod ibi multum floreat ac toto anno pullulet montana viola, locique aſſiduus odor bonus abripiat ferarum veſtigia. Fabula etiam fertur, Proſerpinam ibi cum flores legeret, raptam a Plutone fu-

τῶν ἀφαρπάσαι, καὶ διὰ τοῦτο τιμῶντες καὶ σεβόμενοι τὸ χωρίον ὡς ἄσυλον, οὐκ ἐπιτίθενται τοῖς ἐκεῖ νεμομένοις.

κδ'.

Διὰ τί περὶ τὰς πανσελήνους ἥκιστα ταῖς ἰχνοσκοπίαις ἐπιτυγχάνουσιν;

Ἢ διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν; δροσοβόλοι γὰρ αἱ παν-
918 σέληνοι· διὸ καὶ τὴν δρόσον ὁ Ἀλκμὰν Διὸς θυγατέρα καὶ σελήνης προσεῖπε, ποιήσας,

Διὸς θύγατερ ἔρσα τρέφει καὶ σελάνας δίας·

ἡ γὰρ δρόσος ἀσθενής ἐστι καὶ ἀδρανὴς ὄμβρος, ἀσθενὲς δὲ καὶ τὸ τῆς σελήνης θερμόν· ὅθεν ἕλκει μὲν ἀπὸ γῆς ὥσπερ ὁ ἥλιος· ἄγειν δὲ εἰς ὕψος μὴ δυναμένη, μηδὲ ἀναλαμβάνειν, μεθίησιν.

κε'.

Διὰ τί τὸ δρόσιμον γενόμενον διὰ τοῦ ψύχους δυσστίβευτον;

Πότερον ὅτι τὰ θηρία πόῤῥω τῆς κοίτης ὀκνοῦντα προϊέναι διὰ τὸ κρύος, οὐ πολλὰ ποιεῖ σημεῖα; διὸ καὶ φασὶν

isse: ideoque illum locum venerantes tamquam asylum non insidiari pascentibus ibi animalibus.

XXIV.

Cur circa plenilunia minime indagantur e vestigiis feræ?

An ob dictam modo caussam? Nam plenilunia rorem spargunt. Itaque Alcman rorem Jovis et Lunæ filiam in carmine dixit:

Ros Jovis proles alit, atque Lunæ divæ.

Est enim ros pluvia imbecillis ac languida, ut et calor Lunæ parum est validus, itaque trahit e terra ut Sol: sed in altum evehere et pertrahere cum non possit, dimittit.

XXV.

Cur indagationem difficilem reddit pruina?

An quod feræ procul e lustris suis prodire ob frigus cessantes, non multa edunt signa? ideo etiam aiunt ea vi-

αὐτὰ φείδεσθαι τῶν πλησίων, ὅπως μὴ κακοπαθῇ πλανώμενα μακρὰν τοῦ χειμῶνος, ἀλλ' ἀεὶ ἐγγύθεν ἔχῃ νέμεσθαι. B Ἢ δεῖ μὴ μόνον ἔχειν ἴχνη τὸν στιβευόμενον τόπον, ἀλλὰ κινεῖν τὴν ὄσφρησιν; κινεῖ δὲ λυόμενα καὶ χαλώμενα μαλακῶς ὑπὸ θερμότητος, ἡ δὲ ἄγαν περίψυξις πηγνύουσα τὰς ὀσμὰς, οὐκ ἐᾷ ῥεῖν, οὐδὲ κινεῖν τὴν αἴσθησιν· ὅθεν καὶ τὰ μύρα καὶ τὸν οἶνον ἧττον ὄζειν ψύχους καὶ χειμῶνος λέγουσιν· ὁ γὰρ ἀὴρ πηγνύμενος ἵστησι τὰς ὀσμὰς ἐν αὑτῷ, καὶ οὐκ ἐᾷ ἀναδίδοσθαι.

κϛ'.

Διὰ τί τὰ ζῶα τὰς βοηθούσας δυνάμεις, ὅταν ἐν πάθει γένηται, ζητεῖ καὶ διώκει, καὶ χρώμενα πολλάκις ὠφελεῖται; καθάπερ αἱ κύνες ἐσθίουσι πόαν ἵνα τὴν χολὴν ἐξεμῶσιν· αἱ δὲ ὕες ἐπὶ τοὺς ποταμίους καρκίνους φέρονται, βοηθοῦνται γὰρ ἐσθίουσαι πρὸς κεφαλαλγίαν· ἡ C

B. 12. πόαν ἵνα τὴν] Sic Xyl. sine τὴν, quod sumsi ab E. qui habet, ἢ ὅταν τὴν. Nam vulgo est, ἢ ὅταν καὶ, quod et ceteri habent, exceptis Jannot. τὴν πόαν: et Mez. πόαν, χολὴν ἐξεμοῦσαι. Forte etiam corrigendum ἐσθίουσι.

cinis locis parcere, ne ipsæ affligantur longe vagantes per hyemem, sed semper in vicinia possint pascere. Aut quia locum indagini aptum oportet non vestigia tantum, sed etiam odorem, exhibere? movent autem olfactum quæ a calore solvuntur molliter atque laxantur: at nimium frigus objectum odores constringit, neque fluere et ad sensum accidere sinit. Itaque etiam unguenta ac vinum minus olere hyeme et in frigore aiunt: aër enim tunc concretus in se odores continet, neque patitur differri.

XXVI.

Quid rei est, quod bruta animalia suis morbis remedia quærunt atque sectantur, et eorum usu plerumque adjuvantur? Canes enim herbam edunt evomendæ bilis caussa: sues cancros fluviales petunt, quorum esu capitis dolori medentur: tes-

δὲ χελώνη φαγοῦσα τὴν σάρκα τοῦ ἔχεως, ὀρίγανον ἐπεσθίει· τὴν δὲ ἄρκτον λέγουσιν ἀσωμένην, τοὺς μύρμηκας ἀναλαμβάνειν τῇ γλώττῃ, καὶ καταπίνουσαν ἀπαλλάττεσθαι· τούτων δὲ οὔτε πεῖρα καὶ περίπτωσις γέγονεν αὐτοῖς.

Πότερον οὖν, ὥσπερ τὰ κηρία τὴν μέλιτταν τῇ ὀσμῇ, καὶ τὰ κενέβρια τοὺς γῦπας κινεῖ καὶ προσάγεται πόρρωθεν, οὕτως οὖν καὶ σῦς οἱ καρκῖνοι, καὶ τὴν χελώνην ἡ ὀρίγανος, αἱ δὲ μυρμηκίαι τὴν ἄρκτον ὀσμαῖς καὶ ῥεύμασι προσφερέσι καὶ οἰκείοις ἕλκουσιν, οὐ λογισμῷ τοῦ συμφέροντος ἀγούσης τῆς αἰσθήσεως; Ἢ τὰς ὀρέξεις ἐπιφέρουσι τοῖς ζώοις αἱ τῶν σωμάτων κράσεις,
D αἱ νοσοποιοῦσι, διαφόρους δριμύτητας ἢ γλυκύτητας ἤ τινας ἄλλας ἐντίκτουσαι ποιότητας ἀήθεις καὶ ἀτόπους, τῶν ὑγρῶν τρεπομένων; ὡς δῆλόν ἐστιν ἐπὶ τῶν γυναικῶν, ὅταν κύωσι,

C. 3. ἀσωμένην] Sic Xyl. Salmas. Vulgo, ἀσσωμένην, quod Stephanus sumsit ab Jannot. Leonic. Schott. Ante erat μασσωμένην, in Ald. Bas. E. P. μασωμένην B. Vid. Valckenar. ad Nov. T. p. 341.

D. 1. αἱ νοσοποιοῦσι] Legendum vel, ἃς αἱ νόσοι ποιοῦσι: vel plenius, τὰς δὲ κράσεις αἱ νόσοι ποιοῦσι: certe hæc sententia postulatur; ut apparet e proximis. Itaque vertimus.

D. 3. κύωσι] κιττῶσι corrigi vult Lennep. ad Phalar. p. 115. quod si exstaret in codicibus tenerem, nunc absens non requiram.

tudo ubi carnem viperæ edit, origano deinde vescitur: ursam aiunt quando fastidio et nausea incipit repleri, lingua formicas excipere, iisque devoratis sanari. Hæc quidem neque experientia istis, neque fortuito usu sunt cognita.

Num igitur, sicut apem cera odore suo, et vulturem cadavera movent, eminusque alliciunt, ita suem cancri, origanum testudinem, formicæ ursam odoribus ac defluxibus ad eorum naturam accommodatis trahunt: non sensus, utilitatis ratione habita, agit? An potius temperamenta corporum suas animalibus adferunt appetitiones? temperamenta autem oriuntur e morbis, qui corpori ingenerant diversas acrimonias, dulcedines, et alias qualitates insolentes atque absurdas, mutatis humoribus: quod liquet in gravidis mulieribus, quæ

καὶ λίθους καὶ γῆν προσφερομένων· διὸ καὶ τῶν νοσούντων ταῖς ὀρέξεσιν οἱ χαρίεντες ἰατροὶ προΐσασι τοὺς ἀσώτως ἢ σωτηρίως ἐχόντας· ἱστορεῖ γοῦν Μνησίθεος ἰατρὸς, ἐν ἀρχῇ πνευμονίας τὸν ἐπιθυμήσαντα κρομμύων, σώζεσθαι· τὸν δὲ σύκων, ἀπόλλυσθαι· διὰ τὸ ταῖς κράσεσι τὰς ὀρέξεις, τὰς δὲ κράσεις τοῖς πάθεσιν ἕπεσθαι. Πιθανὸν οὖν ἐστι καὶ τῶν θηρίων τὰ μὴ παντελῶς ὀλεθρίοις μηδὲ ἀναιρετικοῖς περι- E
B. 5. οὐκ ἐᾷ * ἀλλ' ἀνακαλεῖται] Forte, οὐκ οὐδ' ἐᾷ πρὸς τοὺς σώφρονας βίους τρέπεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀκολάστους ἀνακαλεῖται.

gitur, formatque corpus et undiquaque amplectitur, et ab eo formam ipsius sibi imprimit; ut etiam diu ab utroque separata, similitudinem tamen ejus effigiemque retineat, et *imago* recte dicatur. Horum autem, sicut diximus, elementum est Luna: in quam animæ resolvuntur, sicut mortuorum corpora in Terram, celeriter quidem castæ quæ otium et philosophicam fuerunt amplexæ vitam: quæ, dimissæ a mente, et motibus ad nihil porro utentes, evanescunt. At vero animæ ambitiosorum, rebus gerendis, et amori corporum deditorum, itemque iracundorum aliæ, veluti in somno, recordatione rerum in vita gestarum tanquam somniis utuntur, ut Endymionis anima: posteaquam autem eas inconstantia et mobilitas exturbat, trahitque a Luna ad alium ortum, non sinit * sed revocat et demul-

γὰρ οὐδὲν οὐδὲ ἥσυχον, οὐδὲ ὁμολογούμενον ἔργον ἐστὶν,
ὅταν ἄνευ νοῦ τῷ παθητικῷ σώματος ἐπιλάβωνται. Τι-
τυοὶ δὲ καὶ Τυφῶνες, ὅ, τε Δελφοὺς καταχὼν καὶ συν-
ταράξας τὸ χρηστήριον ὕβρει καὶ βίᾳ Τυφὼν, ἐξ ἐκείνων
ἄρα τῶν ψυχῶν ἦσαν, ἔρημοι λόγῳ, καὶ τύφῳ πλανη-
θέντι τῷ παθητικῷ χρησαμένων. Χρόνῳ δὲ κἀκείνας
κατεδέξατο εἰς αὐτὴν ἡ Σελήνη καὶ κατεκόσμησεν, εἶτα
C τὸν νοῦν αὖθις ἐπισπείροντος τοῦ Ἡλίου, τῷ ζωτικῷ δεχο-
μένη, νέας ποιεῖ ψυχάς· ἡ δὲ Γῆ τρίτον σῶμα παρ-
έσχεν. Οὐδὲν γὰρ αὕτη δίδωσι μετὰ θάνατον ὅσα λαμβάνει
πρὸς γένεσιν. Ἥλιος δὲ λαμβάνει μὲν οὐδὲν, ἀπολαμ-
βάνει δὲ τὸν νοῦν διδούς· Σελήνη δὲ καὶ λαμβάνει καὶ δίδωσι,
καὶ συντίθησι καὶ διαιρεῖ, κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην δύναμιν,
ὧν Εἰλείθυια μὲν ἡ συντίθησιν, Ἄρτεμις δὲ ἡ διαιρεῖ,

B. 10. ἔρημοι λόγῳ, καὶ τύφῳ] καὶ pro ἢ est ex E. Ceterum corrigam, ἐρημίᾳ λόγου καὶ τύφῳ, πλανηθέντι τ. π. χρ.

B. 12. κατεδέξατο—καὶ κατεκόσμησεν] Prius est ex Leonic. Schott. Anon. T. V. B. nec longe abeunt reliqui libri: Ald. B. E. κατέδειξεν. Baf. Xyl. κατέδεξεν. Vulgo, δεξαμένη. Porro, καὶ additum ex B. Baf. Xyl.

C. 3. Οὐδὲν γὰρ—γένεσιν] Mutilus locus, ita fere supplendus: Οὐδὲν γὰρ αὕτη δίδωσιν τοῖς ἄλλοις δυσὶ, ἀλλ' ἀποδίδωσι μετὰ θάνατον ὅσα λαμβάνει πρὸς γένεσιν.

C. 5. Σελήνη δὲ καὶ] Sic B. E. Vulgo, Σελήνης δὲ καί.

C. 6. κατὰ ἄλλην] Sic Baf. Xyl. Vulgo, καὶ κατὰ ἄλλην.

cet. Exiguum enim aut placidum aut conftans nullum eft opus, quando abfque mente vis variis exagitata motibus corpus arripit. Tityi quidem, Typhones, et is Typhon qui Delphis occupatis oraculum vi et libidine fua conturbavit, e numero iftarum erant animarum, mentis expertes, ac tantum vagis incitati cupiditatibus. Aliquanto poft tempore eas quoque animas in fe recepit Luna, atque compofuit. Deinde mentem rurfus adfeminante Sole, vitali eam vi excipiens, novas facit animas: tertio loco Terra corpus fuppeditat: nihil enim hæc poft mortem dat, quæ ad generationem accipit. Sol autem accipit quidem nihil: recipit autem mentem quam dat. Luna et accipit, et dat, et componit, et dividit, alia atque alia facultate; Lucina,

καλεῖται. Καὶ τριῶν Μοιρῶν, ἡ μὲν Ἄτροπος περὶ τὸν Ἥλιον ἱδρυμένη, τὴν ἀρχὴν ἐνδίδωσι τῆς γενέσεως· ἡ δὲ Κλωθὼ, περὶ τὴν Σελήνην φερομένη, συνδεῖ καὶ μίγνυσιν· ἐσχάτη δὲ συνεφάπτεται περὶ Γῆν ἡ Λάχεσις, ᾗ πλεῖστον τύχης μέτεστι. Τὸ γὰρ ἄψυχον, ἄκυρον αὐτὸ καὶ παθητὸν ὑπ' ἄλλων· ὁ δὲ νοῦς, ἀπαθὴς καὶ αὐτοκράτωρ· μικτὸν δὲ καὶ μέσον ἡ ψυχὴ, καθάπερ ἡ Σελήνη D τῶν ἄνω καὶ κάτω σύμμιγμα καὶ μέγα κέρας ὑπὸ τοῦ θεοῦ γέγονε, τοῦτον ἄρα πρὸς Ἥλιον ἔχουσα τὸν λόγον ὃν ἡ Γῆ ἔχει πρὸς Σελήνην.

Ταῦτ', εἶπεν ὁ Σύλλας, ἐγὼ μὲν ἤκουσα τοῦ ξένου διεξιόντος· ἐκείνῳ δὲ οἱ τοῦ Κρόνου κατευνασταὶ καὶ θεράποντες, ὡς ἔλεγεν αὐτὸς, ἐξήγγειλαν· ὑμῖν δὲ, ὦ Λαμπρία, χρῆσθαι τῷ λόγῳ πάρεστιν ᾗ βούλεσθε.

C. 11. συνεφάπτεται] Non dubitavi corrigere vulgatam librorum lectionem συνεφάπται, quam Xyl. mutavit in συνεφάπτει.
D. 2. τῶν ἄνω καὶ κάτω] τῶν addidimus ex B.
D. 2. μέγα κέρας] Quidvis potius, quam hoc, scripsit Auctor: forte, σύγκριμα, vel μετακέρασμα: in quem sensum verterunt Amiot. et Xyl.

cum componit; Diana, cum dividit dicta. Et de tribus Parcis, Atropos circa Solem collocata, initium ortus præbet: Clotho circa Lunam vecta colligat et miscet: ultima Lachesis terram contingit, eique plurimum fortunæ est admixtum. Quod enim animæ est expers, id sui juris non est, sed alteri se afficiendum præbet: mens imperium obtinet, neque aliunde afficitur: mixtum est quippiam et medium anima, sicut Luna etiam ex superis et inferis mixta a Deo est, hanc ad Solem habens rationem, quam Terra ad Lunam.

Hæc, aiebat Sylla, ego audivi narrante hospite: ei autem exposuerunt Saturni famuli atque cubicularii, ut quidem ipse referebat. Vos, Lampria, vestro arbitratu sermonem hunc in quam lubebit partem accipietis.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΨΥΧΡΟΥ.

E ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΨΥΧΡΟΥ.

PLUTARCHI

DE

PRIMO FRIGIDO.

F α'. ΕΣΤΙ τις ἆρα τοῦ ψυχροῦ δύναμις, ὦ Φαβωρῖνε, πρώτη καὶ οὐσία, καθάπερ τοῦ θερμοῦ τὸ πῦρ, ἧς παρουσίᾳ τινὶ καὶ μετοχῇ γίνεται τῶν ἄλλων ἕκαστον ψυχρόν; ἢ μᾶλλον ἡ ψυχρότης στέρησις ἐστὶ θερμότητος, ὥσπερ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος λέγουσι, καὶ τῆς κινήσεως τὴν στάσιν; ἐπεὶ καὶ τὸ ψυχρὸν ἔοικε στάσιμον
946 εἶναι, κινητικὸν δὲ τὸ θερμόν· αἵ τε τῶν θερμῶν καταψύξεις

E. 3. ΠΡΩΤΟΥ] Mez. ΠΡΩΤΩΣ.

I. EST ne aliqua Frigidi vis, Phavorine, princeps atque natura, ficut Calidi ignis, cujus præfentia quadam et participatione reliquorum unumquodque fiat frigidum? aut potius Frigiditas caloris privatio eft, ut tenebras lucis dicunt, et motus quietem? etenim Frigiditas ftatui feu quieti videtur accommodata, ficut contra calor movendi facultatem habere: et Calidorum Frigefac-

οὐδεμιᾶς παρουσίᾳ γίνονται δυνάμεως, ἀλλ' ἐκστάσει θερμότητος· ἅμα γὰρ ἀπιοῦσα πολλὴ φαίνεται, καὶ ψύχεται τὸ ὑπολειπόμενον· ὁ γὰρ ἀτμὸς, ὃν τὰ ζέοντα τῶν ὑδάτων μεθίησιν, ἀπιόντι τῷ θερμῷ συνεκπίπτει· διὸ καὶ μειοῖ τὸ πλῆθος ἡ περίψυξις ἐκκρίνουσα τὸ θερμὸν, ἑτέρου μηδενὸς ἐπεισιόντος.

β'. Ἢ πρῶτον μὲν ἄν τις ὑπίδοιτο τοῦ λόγου τούτου, τὸ πολλὰς τῶν ἐμφανῶν ἀναιρεῖν δυνάμεων, ὡς οὐ ποιότητας οὐδὲ ἕξεις, ἕξεων δὲ καὶ ποιοτήτων στερήσεις; βαρύτητα μὲν κουφότητος, καὶ σκληρότητα μαλακότητος, τὸ μέλαν δὲ τοῦ λευκοῦ, καὶ τὸ πικρὸν τοῦ γλυ- B
κέος, καὶ ὧν ἕκαστον ἑκάστῳ πέφυκεν ἀντικεῖσθαι κατὰ δύναμιν, οὐχ ὡς ἕξει στέρησις; Ἔπειθ', ὅτι πᾶσα στέρησις ἀργόν ἐστι καὶ ἄπρακτον, ὡς τυφλότης, καὶ κωφότης, καὶ σιωπὴ, καὶ θάνατος· ἐκστάσεις γάρ εἰσιν εἰδῶν καὶ ἀναιρέσεις οὐσιῶν, οὐ φύσεις τινὲς οὐδὲ οὐσίαι καθ' ἑαυτάς·

A. 3. πολλὴ] Mez. ὅλη. Aliud requiritur: forte, ἅμα γὰρ ἀπιούσῃ πολλῇ φαίνεσθαι, ut reddidimus.
B. 2. καὶ ὧν] Aut delendum καί: aut legendum, καὶ ἄλλων ὧν—.

tio nullius præſentia facultatis agentis fit, ſed diſceſſu Caloris: ſimul enim hic confertim abiit, apparet Frigus, et friget id quod relinquitur: et vapor quem aqua fervens emittit, una diſcedente Calore elabitur: quo fit, ut Frigefactio quantitati aliquid detrahat, Calorem elidens, nihilo in ejus locum ſuccedente.

II. Quid ſi hoc primum nomine iſthæc ratiocinatio falſi ſuſpecta ſit, quod multas illuſtres facultates perimit, easque non qualitates et habitus, ſed habituum et qualitatum facit privationes? gravitatem puta levitatis, duritiem mollitiei, nigredinem albedinis, amarorem dulcedinis, et quæ aliæ qualitates ob vim ſuam ſibi invicem opponuntur, non ut habitui privatio. Deinde, quod omnis privatio otioſum quippiam eſt et ineſficax, ut cæcitas, ſilentium, mors: formarum enim diſceſſus ſunt, et naturarum abolitiones, non naturæ et ſub-

ἡ δὲ ψυχρότης οὐκ ἐλάττονα τῆς θερμότητος ἐγγινομένη τοῖς σώμασι πάθη καὶ μεταβολὰς ἐνεργάζεσθαι πέφυκε· καὶ γὰρ πήγνυται πολλὰ τῷ ψυχρῷ καὶ συγκρίνεται καὶ πυκνοῦται· καὶ τὸ στάσιμον αὐτοῦ καὶ δυσκίνητον οὐκ ἀρ-
C γόν ἐστιν, ἀλλ' ἐμβριθὲς καὶ βέβαιον, ὑπὸ ῥώμης συνερειστικὸν καὶ συνεκτικὸν ἐχούσης τόνον. Ὅθεν ἡ μὲν στέρησις ἔλλειψις γίνεται καὶ ὑποχώρησις τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως, ψύχεται δὲ πολλὰ πολλῆς αὐτοῖς θερμότητος ἐνυπαρχούσης, ἔνια δὲ καὶ μᾶλλον ἡ ψυχρότης, ἂν λάβῃ θερμότερα, πήγνυσι καὶ συνάγει, καθάπερ τὸν βαπτόμενον σίδηρον· οἱ δὲ Στωϊκοὶ καὶ τὸ πνεῦμα λέγουσιν ἐν τοῖς σώμασι τῶν βρεφῶν τῇ περιψύξει στομοῦσθαι, καὶ μεταβάλλον ἐκ φύσεως γίνεσθαι ψυχήν· ἀλλὰ τοῦτο ἀμφισβητήσιμον. Ἑτέρων δὲ πολλῶν τὴν ψυχρότητα φαινομένην δημιουργόν, οὐκ ἄξιον ἡγεῖσθαι στέρησιν.

D γʹ. Ἔτι στέρησις μὲν οὐδεμία δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ

B. 9. συγκρίνεται] Sic E. P. Vulgo, ἐγκρίνεται. Mez. ἐκκρίνεται.

ſtantiæ per ſe. At vero Frigus in corporibus obortum non minores quam calor affectiones motuſque efficit ſuapte natura. Coguntur enim multa frigore, ſtipantur, atque denſantur, et quies ſtabilitaſve ejus non otioſa eſt, ſed gravis atque conſtans, ob vim ejus ſubfulciendi atque continendi robore præditam. Itaque privatio quidem defectus eſt et diſceſſio oppoſitæ facultatis: at frigeſcunt multa multo intus calore inhærente: multa etiam Frigus, quo magis calida ſunt, tanto magis cogit atque denſat, ut cum candens ferrum in aquam intingitur. Stoici quoque ſpiritum aiunt in corporibus infantium refrigeratione acui, mutatumque ex natura in animam verti: verum hoc controverſia non caret. Sed cum Frigus appareat opificem eſſe multarum rerum aliarum, haud par eſt id pro privatione haberi.

III. Præterea, nulla privatio comparationem ſecundum plus aut minus admittit:

τὸ ἧττον, οὐδ' ἂν εἴποι τις ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον πεπη-
ρῶσθαι τῶν μὴ βλεπόντων, ἢ σιωπᾶν τῶν μὴ φθεγγο-
μένων, ἢ τεθνάναι τῶν μὴ ζώντων· ἐν δὲ ταῖς ψυχροῖς
πολὺ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἔνεστι, καὶ τὸ λίαν καὶ τὸ
μὴ λίαν, καὶ ὅλως ἐπιτάσεις καὶ ἀνέσεις, ὥσπερ ἐν τοῖς
θερμοῖς, διὸ τὴν ὕλην τῇ μὲν σφόδρα, τῇ δὲ ἠρέμα
πάσχουσαν ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων, ἕτερα μᾶλλον
ἑτέρων καὶ θερμότερα καὶ ψυχρότερα παρέχειν ἐξ ἑαυτῆς.
Καὶ γὰρ ἕξεως μὲν οὐκ ἔστι μῖξις πρὸς στέρησιν, οὐδὲ ἀνα-
δέχεται δύναμις οὐδεμία τὴν ἀντικειμένην αὐτῇ στέρησιν E
ἐμπιοῦσαν, οὐδὲ ποιεῖ κοινωνόν, ἀλλ' ἀντεξίσταται· θερ-
μὰ δέ ἐστιν ἄχρις οὗ κεραννύμενα ψυχροῖς ὑπομένει,
καθάπερ μέλανα λευκοῖς, καὶ βαρέσιν ὀξέα, καὶ γλυκέσιν
αὐστηρά, παρέχοντα τῇ κοινωνίᾳ ταύτῃ καὶ ἁρμονίᾳ χρω-
μάτων τε καὶ φθόγγων καὶ φαρμάκων καὶ ὄψων προσφιλεῖς

D. 7. διὸ τὴν ὕλην] Legendum διὰ τὸ τὴν ὕλην, cum Mez.
E. 2. ἐμπιοῦσαν] Forte, ἐνποιοῦσαν.

neque eorum quæ viſu orbata ſunt, aliud alio magis minuſve cæcum dicitur: nec quæ loqui non poſſunt, aliud alio magis tacere: neque quæ vitam amiſerunt, aliud alio magis mortuum. At inter Frigida, non minus quam Calida, gradus iſti ſunt, ut aliud alio magis minuſve, hoc admodum, illud non adeo, ſit Frigidum, et ſint omnino utriuſque intentiones et remiſſiones; propterea quod materia alias vehementius, alias languidius affecta a contrariis facultatibus, alia aliis magis calida frigidave ex ſeſe exhibet. Etenim habitus cum privatione miſceri non poteſt, neque admittit ulla vis privationem ſibi adverſam, aut ſociam in ſubjecto adſciſcit, ſed ea ſubeunte cedit. Calida tamen aliquo uſque manent Frigido admixto, ut nigra albis, gravibus acuta, dulcibus auſtera: quæ quidem communicatio et concinnitas colorum, ſonorum, medicamentorum, ciborum gratos multos amicoſque or-

πολλὰς καὶ φιλανθρώπους γενέσεις. Ἡ μὲν γὰρ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν ἀντίθεσις, πολεμικὴ καὶ ἀσύμβατός ἐστιν, οὐσίας θατέρου τὸ θάτερον φθορὰν ἔχοντος· τῇ δὲ κατὰ τὰς ἐναντίας δυνάμεις καιροῦ τυχούσῃ πολλὰ μὲν αἱ τέχναι
F χρῶνται, πλεῖστα δὲ ἡ φύσις ἔν τε ταῖς ἄλλαις γενέσεσι καὶ ταῖς περὶ τὸν ἀέρα τροπαῖς, καὶ ὅσα διακοσμῶν καὶ βραβεύων ὁ θεὸς ἁρμονικὸς καλεῖται καὶ μουσικὸς, οὐ βαρύτητας συναρμόττων καὶ ὀξύτητας, οὐδὲ λευκὰ καὶ μέλανα συμφώνως ὁμιλοῦντα παρέχων ἀλλήλοις, ἀλλὰ τὴν τῆς θερμότητος καὶ ψυχρότητος ἐν κόσμῳ κοινωνίαν καὶ διαφορὰν, ὅπως συνιόσωνταί τε μετρίως καὶ διοίσωνται πάλιν, ἐπιτροπεύων, καὶ τὸ ἄγαν ἑκατέρας ἀφαιρῶν, εἰς τὸ δέον ἀμφοτέρας καθίστησι.

947 δ'. Καὶ μὴν ψυχροῦ μὲν αἴσθησίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ θερμοῦ· στέρησις δὲ οὔτε ὁρατὸν, οὔτε ἀκουστὸν, οὔτε ἁπτὸν, οὔτε ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσι γνωστόν· οὐσίας γάρ τινος αἴσθησις ἦν. Ὅπου δὲ οὐσία μὴ φαίνεται, νοεῖται στέρησις, οὐσίας

tus præſtat. Nam quæ eſt privationis adverſus habitum oppoſitio, hoſtilis eſt, et pacti exſors, cum unius natura alteram perimat. Ea vero, qua adverſæ facultates opponuntur, tempeſtive ſi fiat, cum multæ artes utuntur, tum vero natura plurimum, et in aliis gignendis rebus, et maxime in aëris mutationibus, iiſque effectis, quæ quia temperat atque diſpenſat Deus, harmonicus et muſicus appellatur: non ſane quod gravia acutis, aut nigris alba accommodet, interque ea conſonantiam efficiat: ſed quod caloris et frigoris in mundo ſocietatem diſſidiumque ita gubernet, ut et coëant et diſceſſionem faciant moderate, et nimia utrique vehementia ademta, in rectum modum componat.

IV. Jam Frigus perinde atque Calor ſentitur. Privatio autem non viſu, non auditu, non tactu, denique nullo plane ſenſu percipitur. Sentiri enim eſt ſubſtantiæ: ubi ſubſtantia nulla apparet, ibi privatio intelligitur, quæ ſubſtantiæ eſt negatio, ut cæci-

ἀπόφασις οὖσα, καθάπερ ὄψεως, τυφλότης· καὶ φωνῆς, σιωπή· καὶ σώματος, ἐρημία καὶ κενόν. Οὔτε γὰρ κενοῦ δι' ἁφῆς αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' ὅπου μὴ γίνεται σώματος ἁφή, κενοῦ γὰρ νόησις· οὔτε σιγῆς ἀκούομεν, ἀλλὰ κἂν μηδενὸς ἀκούωμεν, σιγὴν νοοῦμεν· ὡς δ' αὔτως καὶ τυφλῶν καὶ γυμνῶν καὶ ἀνόπλων οὐκ αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' αἰσθήσεως ἀπόφασις, νόησις. Ἔδει τοίνυν μὴ γίνεσθαι ψυχρῶν αἴσθησιν, ἀλλ' ὅπου τὸ θερμὸν ἐπιλείπει, νοεῖσθαι τὸ ψυχρόν, εἴπερ ἦν θερμοῦ στέρησις· εἰ δ', ὥσπερ τὸ θερμὸν ἀλέᾳ καὶ διακρίσει τῆς σαρκὸς, οὕτω συγκρίσει καὶ πυκνώσει τὸ ψυχρὸν αἰσθητόν ἐστι, δῆλον ὅτι καὶ ψυχρότητος ἰδία τις ἐστὶν ἀρχὴ καὶ πηγή, καθάπερ θερμότητος. B

ε΄. Ἔτι τοίνυν ἕν τι καὶ ἁπλοῦν ἡ περὶ ἕκαστον εἶδος στέρησις, αἱ δὲ οὐσίαι πλείονας διαφορὰς καὶ δυνάμεις ἔχουσι· μονοειδὲς γὰρ ἡ σιωπή, ποικίλον δὲ ἡ φωνή, νῦν μὲν ἐνοχλοῦσα, νῦν δὲ τέρπουσα τὴν αἴσθησιν. Ἔχει δὲ

B. 1. ἀπόφασις, νόησις] ἀποφάσει legendum videtur, ut Xyl. vertit.

tas eſt negatio viſus, vocis ſilentium, corporis inane. Nam neque inane tangendo ſentimus, ſed ubi nullum corpus tactui occurrit, vacuum animo concipitur: neque ſilentium audimus, ſed quando nihil audimus, ſilentium intelligimus: eodemque modo cæcorum, nudorum, et inermium non eſt ſenſio, ſed ſenſus negatione noſcuntur. Ergo Frigus, ſi quidem Caloris eſſet privatio, non ſentiri oportebat: ſed ea intelligi frigida, ubi Calor abeſſet. Sin ut Calor corporis tepore et laxitate, ita Frigus ejuſdem concretione atque denſatione ſentitur; hujus jam quoque conſtat, ut et Caloris, ſuum eſſe peculiare principium atque fontem.

V. Proinde uniuſcujuſque formæ privatio unica eſt et ſimplex, ſubſtantiæ plura diſcrimina, complures facultates habent. Unius modi eſt ſilentium: vox res varia, modo offendens ſenſum, alias ob-

C τοιαύτας καὶ τὰ χρώματα καὶ τὰ σχήματα διαφοράς, ἐν αἷς ἄλλοτε ἄλλως τὸν προστυγχάνοντα διατίθησι· τὸ δὲ ἀναφὲς καὶ ἄχρωστον, καὶ ὅλως ἄποιον, οὐκ ἔχει διαφοράν, ἀλλ' ὅμοιόν ἐστιν.

ς'. Ἆρ' οὖν ἔοικε τοῖς στερητικοῖς τούτοις τὸ ψυχρὸν, ὥστε μὴ ποιεῖν ἐν τοῖς πάθεσι διαφοράν; Ἢ τοὐναντίον, ἡδοναί τε μεγάλαι καὶ ὠφέλιμοι τοῖς σώμασιν ἀπὸ ψυχρῶν ὑπάρχουσι, καὶ βλάβαι πάλιν νεανικαὶ καὶ πόνοι καὶ βαρύτητες, ὑφ' ὧν οὐκ ἀεὶ φεύγει καὶ ἀπολείπει τὸ θερμὸν, ἀλλὰ πολλάκις ἐγκαταλαμβανόμενον ἀνθίσταται καὶ μάχεται, τῇ μάχῃ δὲ αὐτῶν ὄνομα φρίκη καὶ τρόμος, ἡττωμένῳ δὲ τῷ θερμῷ τὸ πήγνυσθαι καὶ ναρ-
D κᾶν ἐπιγίγνεται, κρατοῦν δὲ τοῦ ψυχροῦ, διάχυσιν παρέχει καὶ ἀλέαν τῷ σώματι μεθ' ἡδονῆς, ὅπερ Ὅμηρος ἰαίνεσθαι κέκληκεν. Ἀλλὰ ταῦτά γε παντὶ δῆλα· καὶ τούτοις οὐχ ἥκιστα τοῖς πάθεσιν ἐνδείκνυται τὸ ψυχρὸν, ὅτι πρὸς τὸ θερμὸν, ὡς οὐσία πρὸς οὐσίαν, ἢ πάθος πρὸς

lectans. Ac tales sunt etiam colorum figurarumque differentiæ, alias aliter afficientes sentientem: quod autem tangi non potest, et quod colore, denique quod qualitate caret, nullo discrimine est præditum, sed sui simile.

VI. Videturne ergo Frigus privationum istarum de genere esse, nulloque discrimine afficere? An contra, magnæ utilesque voluptates corpori a Frigore adferuntur; ac vicissim vehementia damna, dolores, ac prægravationes: quando non semper cedit et corpus deserit Calor, sed sæpe intus inclusus reluctatur atque pugnat, cui pugnæ nomen est *horror* atque *tremor*, et victo Calore congelatio et torpor succedunt: Calore Frigus superante, corpus intepescit ac relaxatur, quod ἰαίνεσθαι vocat Homerus. Verum hæc omnibus sunt manifesta, hisque maxime affectionibus ostenditur Frigus Calori ut substantiam substantiæ, vel qualitatem qualitati repugnare, non ut negationem

πάθος, οὐχ ὡς ἀπόφασις ἀντίκειται καὶ στέρησις, οὐδὲ φθορά τις ἐστὶ τοῦ θερμοῦ καὶ ἀναίρεσις, ἀλλὰ φθαρτικὴ φύσις καὶ δύναμις· ἢ καὶ τὸν χειμῶνα τῶν ὡρῶν, καὶ τὰ βόρεια τῶν πνευμάτων ἐξελῶμεν, ὡς στερήσεις ὄντα τῶν θερμῶν καὶ νοτίων, ἰδίαν δὲ ἀρχὴν οὐκ ἔχοντα. E

ζ. Καὶ μὴν τεττάρων γε τῶν πρώτων ὄντων ἐν τῷ παντὶ σωμάτων, ἃ διὰ πλῆθος καὶ ἁπλότητα καὶ δύναμιν οἱ πλεῖστοι στοιχεῖα τῶν ἄλλων ὑποτίθενται καὶ ἀρχάς, πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ποιότητας εἶναι τὰς πρώτας καὶ ἁπλᾶς τοσαύτας. Τίνες οὖν εἰσιν αὗται πλὴν θερμότης καὶ ψυχρότης καὶ ξηρότης καὶ ὑγρότης, αἷς τὰ στοιχεῖα πάσχειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν πέφυκεν; Ὡς δὲ τῶν ἐν γραμματικῇ στοιχείων βραχύτητές εἰσι καὶ μακρότητες, τῶν δὲ ἐν μουσικῇ βαρύτητες καὶ ὀξύτητες, οὐ θάτερα τῶν ἑτέρων στέρησις, οὕτως F ἐν τοῖς φυσικοῖς σώμασιν ἀντὶ στοιχείων ἀπολειπτέον ὑγρῶν

F. 2. ἀντὶ στοιχείων] ἀντιστοιχίαν, acute et veriſimillime Mez.

aut privationem: neque interitum eſſe Caloris, ſed naturam vi ejus perimendi præditam. Alioquin et hyemem tempeſtatibus anni, et Aquilonem ventorum numero eximemus, ut æſtatis et Auſtri privationes, quæ proprium nullum habeant principium.

VII. At enim cum in Univerſo ſint quatuor prima corpora, quæ ob numerum, ſimplicitatem, et vim, plerique elementa reliquorum et principia ſtatuunt, ignis, inquam, aqua, aër, et terra; neceſſe eſt etiam totidem eſſe primas ac ſimplices qualitates. Quæ vero ſint, niſi Calor, Frigus, Siccitas, Humiditas, quibus elementa per naturam ſuam et agunt omnia et patiuntur? Ut autem in Grammatica elementorum ſunt brevitates et longitudines, in Muſica grave et acutum, non unum alterius privatio: ita in naturalibus quoque rebus eandem elementorum oppoſitionem ſtatuere debemus ca-

πρὸς ξηρὰ καὶ ψυχρῶν πρὸς θερμά, τὸ κατὰ λόγον ἅμα καὶ τὰ φαινόμενα διαφυλάττοντας. Ἢ, καθάπερ Ἀναξιμένης ὁ παλαιὸς ᾤετο, μήτε τὸ ψυχρὸν ἐν οὐσίᾳ μήτε τὸ θερμὸν ἀπολείπωμεν, ἀλλὰ πάθη κοινὰ τῆς ὕλης ἐπιγινόμενα ταῖς μεταβολαῖς· τὸ γὰρ συστελλόμενον αὐτῆς καὶ πυκνούμενον ψυχρὸν εἶναί φησι· τὸ δὲ ἀραιὸν καὶ τὸ χαλαρόν, οὕτω πως ὀνομάσας καὶ τῷ ῥήματι, θερμόν· ὅθεν οὐκ ἀπεικότως λέγεσθαι τὸ καὶ θερμὰ τὸν ἄνθρωπον
948 ἐκ τοῦ στόματος καὶ ψυχρὰ μεθιέναι· ψύχεται γὰρ ἡ πνοὴ πιεσθεῖσα καὶ πυκνωθεῖσα τοῖς χείλεσιν, ἀνειμένου δὲ τοῦ στόματος ἐκπίπτουσα γίνεται θερμὸν ὑπὸ μανότητος. Τοῦτο μὲν οὖν ἀγνόημα ποιεῖται τοῦ ἀνδρὸς ὁ Ἀριστοτέλης· ἀνειμένου γὰρ τοῦ στόματος ἐκπνεῖσθαι τὸ θερμὸν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν, ὅταν δὲ συστρέψαντες τὰ χείλη φυσήσωμεν, οὐ τὸν ἐξ ἡμῶν ἀλλὰ τὸν ἀέ-

F. 6. ἀπολείπωμεν] Sic Mez. et P. Vulgo, ἀπολείπωμεν.
F. 8. τὸ δὲ ἀραιὸν] Sic Venet. Ald. Baſ. Xyl. P. Vulgo, τὸ καὶ ἀραιόν.
F. 10. λέγεσθαι] Vetus lectio revocata ex E. Ald. Baſ. Xyl. P. Vulgo, λέγεται: ex Leonic. Schott. Anon. Turneb. Amiot.
A. 3. θερμὸν] Mez θερμά.

lidorum frigidis, et humidorum ſiccis; ſi quidem et rationi et iis, quæ in natura viſuntur effecta, conſentire volumus. Niſi ſi placet ſequi Anaximenem illum antiquum, et neque Frigidum in ſubſtantia, neque Calidum relinquere, ſed ea facere communes affectiones quæ materiæ mutationibus comitentur. Is enim materiæ contractionem atque denſationem appellabat Frigus: laxationem ejus et raritatem, Calorem; ideoque non inepte dici, Calida hominem ex ore et Frigida emittere: halitum enim compreſſum labiis atque denſatum fieri frigidum, emiſſum aperto ore ob raritatem caleſcere. Quem quidem ejus errorem ignorationi tribuit Ariſtoteles; aperto enim ore e nobis ipſis calidum efflari: cum vero flamus compreſſis labiis, non nos e nobis exſpirare aërem, ſed eum qui ante

ἔσω τὸν περὶ τοῦ σώματος ὠθεῖσθαι ψυχρὸν ὄντα καὶ προσπίπτειν.

η'. Εἰ δ' ἀπολειπτέον οὐσίαν ψυχροῦ καὶ θερμοῦ, προσάγωμεν ἐπὶ τὸ ἑξῆς τὸν λόγον, ἥτις ἐστὶν οὐσία καὶ ἀρχὴ καὶ φύσις ψυχρότητος, ζητοῦντες. Οἱ μὲν οὖν, τῶν B σκαληνῶν καὶ τριγωνοειδῶν σχηματισμῶν ἐν τοῖς σώμασι κειμένων, τὸ ῥιγοῦν καὶ τρέμειν καὶ φρίττειν, καὶ ὅσα συγγενῆ τοῖς πάθεσι τούτοις, ὑπὸ τραχύτητος ἐγγίνεσθαι λέγοντες, εἰ καὶ τοῖς κατὰ μέρος διαμαρτάνουσι, τὴν γοῦν ἀρχὴν ὅθεν δεῖ λαμβάνουσι· δεῖ γὰρ, ὥσπερ ἀφ' ἑστίας, τῆς τῶν ὅλων οὐσίας, ἄρχεσθαι τὴν ζήτησιν. Ὧ καὶ μάλιστα δόξειεν ἂν ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ καὶ αὐλητοῦ διαφέρειν ὁ φιλόσοφος. Ἐκείνοις μὲν γὰρ ἐξαρκεῖ τὰ ἔσχατα τῶν αἰτίων θεωρῆσαι· τὸ γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ πάθους αἴτιον ἂν συνοφθῇ, πυρετοῦ μὲν ἔντασις ἢ παρέμπτωσις, ἐρυσίβης δὲ ἥλιοι

A. 9. προσπίπτειν] Sic B. E. Vulgo, προεμπίπτειν. P. προσεμπίπτειν. Venet. προσπίπτειν.

A. 10. ἀπολειπτέον] Sic scripsi pro vulgato, ἀπολιπτέον. B. ὑπολειπτέον, et vulgata posita est in margine.

os est impelli et rebus incidere.

VIII. Enimvero si substantiam caloris frigorisque esse concedimus, progrediamur disputando, et quæ substantia, quod principium, quæ natura sit frigoris, investigemus. Ii qui scalenis ac triangularibus figuris in corporibus sitis, rigere nos, tremere, horrere, aliaque id genus pati ob asperitatem eorum dicunt, quanquam in particularibus errant, principium tamen inde sumunt unde petendum fuit. Oportet enim, tanquam a Vesta, a substantia Universi quæstionem inchoare. Qua in re maxime videatur philosophus a medico, rustico, tibicine differre. His enim sufficit extremarum caussarum consideratio. Si enim proximam caussam perspexerint, ut febris caussa est intentio aut humoris in locum alienum illapsus: rubiginis frugum, ar-

C πυριφλεγεῖς ἐπ' ὄμβρῳ, βαρύτητος δὲ κλίσις αὐλῶν καὶ συναγωγὴ πρὸς ἀλλήλους, ἱκανόν ἐστι τῷ τεχνίτῃ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον. Τῷ δὲ φυσικῷ θεωρίας ἕνεκα μετιόντι τἀληθὲς, ἡ τῶν ἐσχάτων γνῶσις οὐ τέλος ἐστὶν, ἀλλ' ἀρχὴ τῆς ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ ἀνωτάτω πορείας. Διὸ καὶ Πλάτων ὀρθῶς καὶ Δημόκριτος αἰτίαν θερμότητος καὶ βαρύτητος ζητοῦντες, οὐ κατέπαυσαν ἐν γῇ καὶ πυρὶ τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπὶ τὰς νοητὰς ἀναφέροντες ἀρχὰς τὰ αἰσθητὰ, μέχρι τῶν ἐλαχίστων, ὥσπερ σπερμάτων, προῆλθον.

θ'. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ ταυτὶ προδιακινῆσαι βέλτιόν ἐστιν, ἐν οἷς Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Στράτων D καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὰς οὐσίας τίθενται τῶν δυνάμεων, οἱ μὲν Στωϊκοὶ τῷ ἀέρι τὸ πρώτως ψυχρὸν ἀποδιδόντες, Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ Στράτων τῷ ὕδατι, τὴν δὲ γῆν ἴσως ἂν ἕτερος φανείη ψυχρότητος οὐσίαν ὑποτιθέμενος. Πρότερον δὲ τὰ ἐκείνων σκοπῶμεν. Ἐπεὶ τὸ πῦρ θερ-

C. 6. Δημόκριτος] An Ξενοκράτης?

dores Solis post imbrem: gravis soni, fistularum inter se inclinatio; satis hoc artifici est ad suum opus. Physico autem, qui veritatem contemplatur, ultimorum cognitio non finis est, sed initium ad prima supremaque proficiscendi. Itaque recte Plato et Democritus caussam caloris et gravitatis quærentes, disputationem non ad mentionem ignis et terræ finiverunt, sed sensilibus ad mente sola cernenda principia revocandis, usque ad minima tanquam semina progressi sunt.

IX. Veruntamen prius etiam hæc sensilia tractare expedit, in quibus Empedocles, Strato et Stoici substantias facultatum ponebant: Stoici Primum Frigidum aëri tribuentes, Empedocles et Strato aquæ. Fortasse etiam fuerit qui terram substantiæ Frigidi subjiciat. Verum prius illorum sententias consideremus. Quoniam ignis et Calidus est et splendidus, oportet

μὲν ἅμα καὶ λαμπρόν ἐστι, δεῖ τὴν ἀντικειμένην τῷ πυρὶ φύσιν ψυχράν τε εἶναι καὶ σκοτεινήν· ἀντίκειται γὰρ ὡς τῷ λαμπρῷ τὸ ζοφερὸν, οὕτω τῷ θερμῷ τὸ ψυχρόν· ἐστὶ γὰρ ὡς ὄψεως τὸ σκοτεινὸν, οὕτω τὸ ψυχρὸν ἁφῆς συγχυτικόν· ἡ δὲ θερμότης διαχεῖ τὴν αἴσθησιν τοῦ ἁπτομένου, καθάπερ ἡ λαμπρότης, τοῦ ὁρῶντος. Τὸ ἄρα πρώτως σκοτεινὸν ἐν τῇ φύσει, πρώτως καὶ ψυχρόν ἐστιν. Ὅτι δὲ ἀὴρ τὸ πρώ- E
τως σκοτεινόν ἐστιν, οὐδὲ τοὺς ποιητὰς λέληθεν· ἀέρα γὰρ τὸ σκότος καλοῦσιν·

Ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ βαθὺς ἦν, οὐδὲ σελήνη
Οὐρανόθεν προὔφαινεν.

Καὶ πάλιν,

Αὐτίκα δ' ἠέρα μὲν σκέδασεν καὶ ἀπῶσεν ὁμίχλην,
Ἠέλιος δ' ἐπέλαμψε· μάχη δ' ἐπὶ πᾶσι φαάνθη.

Καὶ γὰρ ΚΝΕΦΑΣ τὸν ἀφώτιστον ἀέρα καλοῦσι, κενὸν, ὡς ἔοικε, φάους ὄντα· καὶ ΝΕΦΟΣ ὁ συμπεσὼν καὶ πυκνωθεὶς ἀὴρ ἀποφάσει φωτὸς κέκληται· καλεῖται δὲ καὶ ἀχλὺς καὶ F

F. 1. καλεῖται] Latet aliud vocabulum. Mez. κνήκις.

naturam ei oppositam Frigidam esse et tenebrosam: ut enim splendido tenebrosum, sic Calido Frigidum opponitur: quia sicut tenebræ visum, ita Frigus tactum confundit: et Calor tactum, ut splendor visum diffundit. Ergo quod primum in natura tenebrosum est, primum etiam Frigidum erit. Aërem autem primum esse tenebrosum, ne Poëtas quidem fefellit: tenebras enim aëris nomine afficiunt:

Aër crassus apud naves erat: haud quoque Luna
Effulsit cælo.——

Et iterum:

Aëre disjecto, et pulsa caligine, Solem
Reddidit; ut pugnam posset jam quisque videre.

Aërem quoque luminis expertem *cnephas* dicunt, quasi *cenon phaus*, id est, inanem lucis: et *nephos* nubes aër coactus densatusque appellatur: *achlys* etiam et *homichla*, quæ

ὁμίχλη, καὶ ὅσα τοῦ φωτὸς οὐ παρέχει τῇ αἰσθήσει δίοψιν, ἀέρος εἰσὶ διαφοραί· καὶ τὸ ἀειδὲς αὐτοῦ καὶ ἄχρωστον, Ἅδης καὶ Ἀχέρων ἐπίκλησιν ἔσχεν. Ὥσπερ οὖν αὐγῆς ἐπιλιπούσης σκοτεινὸς ἀὴρ, οὕτω θερμοῦ μεταστάντος, τὸ ἀπολειπόμενον ἀὴρ ψυχρὸς, ἄλλο δὲ οὐδὲν, ἐστί· διὸ καὶ τάρταρος οὗτος ὑπὸ ψυχρότητος κέκληται· δηλοῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος, εἰπὼν,

—— τάρταρον ἠερόεντα·

καὶ τὸ ῥιγοῦντα πάλλεσθαι καὶ τρέμειν, ταρταρίζειν. Ταῦτα μὲν οὖν τοιοῦτον ἔχει λόγον.

ι'. Ἐπεὶ δὲ ἡ φθορὰ μεταβολή τις ἐστὶ τῶν φθειρομέ-
949 νων εἰς τοὐναντίον ἑκάστῳ, σκοπῶμεν εἰ καλῶς εἴρηται τὸ, "Πυρὸς θάνατος, ἀέρος γένεσις." Θνήσκει γὰρ καὶ πῦρ, ὥσπερ ζῶον, ἢ βίᾳ σβεννύμενον, ἢ δι' αὑτοῦ μαραινόμενον. Ἡ μὲν οὖν σβέσις ἐμφανεστέραν ποιεῖ τὴν εἰς ἀέρα μεταβολὴν αὐτοῦ· καὶ γὰρ ὁ καπνὸς ἀέρος ἐστὶν εἶδος, καὶ ἡ, κατὰ Πίνδαρον,

caliginem et nubeculam notant, et quæ alia luminis ſenſum impediunt, aëris ſunt differentiæ: cujus id quod videri non poteſt et colore vacat, *Ades*, id eſt Pluto, et *Acheron* nominatur. Sicut ergo ſplendore deficiente tenebroſus fit aër: ita Calore deſerente quod reſtat, nihil aliud eſt quam aër Frigidus: itaque etiam *tartarus* dicitur a frigore: quod etiam Heſiodus docuit, *tartarum* appellans *aëroſum:* et qui horrore tremunt ac quaſſantur, *tartarizein* dicuntur. Horum ergo hæc eſt ratio.

X. Jam quoniam interitus rei, mutatio ejus eſt in contrarium, videamus recténe hoc dictum ſit, *Ignis mortem eſſe ortum aëris.* Ignis enim moritur ipſe etiam ſicut animal, vel vi exſtinctus, vel ſua ſponte emarceſcens. Exſtinctio autem illuſtriorem facit ejus in aërem tranſmutationem: nam fumus aëris eſt ſpecies, et qui apud Pindarum dicitur

Ἀέρος κνίσσ' ἀντιλακτίζουσα καπνῷ,

λιγνὺς καὶ ἀναθυμίασις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ φθινούσης ἀτροφίᾳ φλογὸς ἰδεῖν ἐστιν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν λύχνων, τὸ ἄκρον εἰς ἀέρα καὶ γνοφώδη καὶ ζοφερὸν ἀποχεόμενον· ἱκανῶς δὲ καὶ ὁ τὴν μετὰ λουτρὸν ἢ πυρίαν περιχεαμένων ψυχρὸν ἀνιὼν ἀτμὸς ἐνδείκνυται τὴν εἰς ἀέρα τοῦ θερμοῦ φθειρομένου μεταβολὴν, ὡς φύσει πρὸς τὸ πῦρ ἀντικείμενον· B ᾧ τὸ πρώτως τὸν ἀέρα σκοτεινὸν εἶναι καὶ ψυχρὸν ἠκολούθει.

ια'. Καὶ μὴν, ἁπάντων γε τῶν γινομένων ὑπὸ ψυχρότητος τοῖς σώμασι, σφοδρότατον καὶ βιαιότατον ἡ πῆξις οὖσα, πάθος μέν ἐστιν ὕδατος, ἔργον δὲ ἀέρος· αὐτὸ μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ ὕδωρ εὐδιάχυτον καὶ ἀπαγὲς καὶ ἀσύστατόν ἐστιν, ἐντείνεται δὲ καὶ συνάγεται τῷ ἀέρι σφιγγόμενον ὑπὸ ψυχρότητος· διὸ καὶ λέλεκται,

A. 8. λιγνὺς καὶ ἀναθυμίασις] Hæc Steph. addidit: nec diſſentiunt excerpta noſtra codicum B. E. Venet. In Ald. Baſ. Xyl. Amiot. deſunt.
A. 10. ἀποχεόμενον] Sic Baſ. Xyl. Vulgo, ἀποχεομένων.
A. 11. περιχεαμένων ψυχρὸν] Sic Ald. Baſ. Xyl. Venet. Vulgo, περιεχομένων ψυχρῶν, quod Steph. ſumſit e Collat. Muret. ac Schott.

Nidor aëris, recalcitrans fumo,
fuligo eſt et vapor. Veruntamen etiam flamma ob inopiam tabeſcente, ut in lucernis, cernere licet ſummum ejus in caliginoſum ac tenebroſum aërem abire. Vapor quoque qui a balneo, vel cum ad ignem calefacti ſumus, affuſa frigida effertur, ſatis demonſtrat calorem pereuntem in aërem mutari, ut naturæ ordine oppoſitum igni: unde ſequebatur, aërem primum tenebroſum eſſe et frigidum.

XI. Porro omnium quæ a Frigore in corporibus efficiuntur, vehementiſſima et violentiſſima res congelatio in aqua a Frigore efficitur. Ipſa enim ſuapte natura aqua facillime diffunditur, inſtabiliſque eſt, et a concretione aliena: ab aëre autem propter ejus Frigiditatem conſtricta craſſeſcit et cogitur. Ideo dictum eſt:

Εἰ δὲ νότος βορέην προκαλέσσεται, αὐτίκα νίψει·

τοῦ γὰρ νότου καθάπερ ὕλην τὴν ὑγρότητα παρασκευάσαντος, ὁ βόρειος ἀὴρ ὑπολαβὼν ἔπηξε. Καὶ δῆλόν ἐστι μάλιστα περὶ τὰς χιόνας, ἀέρα γὰρ μεθεῖσαι καὶ προαναπνεύσασαι λεπτὸν καὶ ψυχρὸν, οὕτω ῥέουσιν· Ἀριστοτέλης δὲ καὶ τὰς ἀκόνας τοῦ μολίβδου τήκεσθαι, φησὶ, καὶ ῥεῖν ὑπὸ κρύους καὶ χειμῶνος, ὕδατος μόνου πλησιάζοντος αὐταῖς· ὁ δὲ ἀὴρ, ὡς ἔοικε, συνελαύνων τὰ σώματα τῇ ψυχρότητι, καταθραύει καὶ ῥήγνυσιν.

ιβʹ. Ἔτι τοίνυν τὰ μὲν ἀποσπασθέντα τῆς πηγῆς ὕδατα, μᾶλλον πήγνυται· μᾶλλον γὰρ ὁ ἀὴρ ἐπικρατεῖ τοῦ ἐλάττονος. Ἂν δέ τις ψυχρὸν ἐκ φρέατος ὕδωρ λαβὼν ἐν ἀγγείῳ, καὶ καθεὶς αὖθις εἰς τὸ φρέαρ, ὥστε μὴ ψαύειν τοῦ ὕδατος τὸ ἀγγεῖον ἀλλ' ἐν τῷ ἀέρι κρέμασθαι, περιμείνῃ χρόνον οὐ πολὺν, ἔσται ψυχρότερον τὸ ὕδωρ· ᾧ μάλιστα δηλοῦται, τὸ μὴ τοῦ ὕδατος εἶναι τὴν προτέραν αἰτίαν τῆς ψυχρότητος, ἀλλὰ τοῦ ἀέρος. Τῶν

Continuo ninget, Boream si provocet Auster.

Austro enim, tanquam materiam, præparante humorem, eum succedens Aquilo adstringit. Et maxime hoc nives docent: aërem enim edentes et antea spirantes tenuem atque frigidum, ita defluunt. Aristoteles etiam cotes plumbi colliquari, scribit, ac fluere præ gelu et hyeme, sola aqua accedente. Aër autem, ut apparet, cogit corpora Frigore, itaque dissipat et rumpit.

XII. Præterea aqua a fonte avulsa facilius concrescit; magis enim aër obtinet vi sua adversus minorem rem. Quod si quis frigidam ex puteo aquam in vase rursum in puteum demittat, ita ut aquam vas non attingat, sed in aëre pendeat: paulo post temporis spatio eam quam ante frigidiorem sentiet. Quod quidem maximo est argumento, primam Frigoris caussam non esse tribuendam aquæ, sed aë-

γε μὴν μεγάλων ποταμῶν οὐδεὶς πήγνυται διὰ βάθους· οὐ γὰρ καθίησιν εἰς ὅλον ὁ ἀήρ, ἀλλὰ ὅσα τῇ ψυχρότητι περιλαμβάνει ψαύων καὶ πλησιάζων, ταῦτα ἵστησιν. Ὅθεν οἱ βάρβαροι διαβαίνουσι πεζῇ, προβαλόντες ἀλώπεκας· ἂν γὰρ μὴ πολὺς ἀλλ᾽ ἐπιπόλαιος ὁ πάγος ᾖ, αἰσθανόμεναι τῷ ψόφῳ τοῦ ὑπορρέοντος, ἀναςρέφουσιν· Ἔνιοι δὲ καὶ θηρεύουσιν ἰχθῦς, ὕδατι θερμῷ τοῦ πάγου περιχλύοντες καὶ χαλῶντες, τότε τὴν ὁρμιὰν δεξαμένων. Οὕτως οὐδὲν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ τὸ ἐν βάθει πέ- E
πονθε. Καίτοι τῶν ἄνω τοσαύτη γίνεται μεταβολὴ διὰ τὴν πῆξιν, ὥστε συντρίβειν τὰ πλοῖα, τὸ ὕδωρ ἀποβιαζόμενον εἰς ἑαυτὸ καὶ συνθλιβόμενον, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ νῦν μετὰ τοῦ Καίσαρος ἐπὶ τοῦ Ἴστρου διαχειμάσαντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ ἡμᾶς συμβαῖνον ἱκανὴν μαρτυρίαν δίδωσι· μετὰ γὰρ τὰ λουτρὰ καὶ τὰς ἐξιδρώσεις περιψυχόμεθα μᾶλλον, τοῖς σώμασιν ἀνειμένοις καὶ διακεχυμένοις πολλὴν

D. 11. τότε—δεξαμένων] Forte, τόγε—δεξόμενοι.

ri. Porro, magnorum fluviorum nullus profunde gelu coit; non enim ad imum penetrat aër, ſed ea tantum adſtringit frigore ſuo, quæ amplectitur propius pertingens. Itaque barbari pedites eos tranſeunt, præmiſſis vulpibus; nam niſi craſſa ſit glacies, ſed tantum ſuperficiem duraverit, animadvertentes eæ hoc ex ſtrepitu infra profluentis aquæ, retro abeunt. Sunt etiam qui piſces tum captant partem glaciei aqua ſolventes calida, aqua tunc funiculum hami demitti ſinente. Adeo nihil in profundo agit frigus. At vero quæ in ſummo ſunt, ita a concretione iſta mutantur, ut aqua in ſe coacta atque compreſſa naves collidat atque perfringat: ut teſtantur qui nunc cum Cæſare ad Iſtrum in hybernis fuerunt. Quanquam id ipſum quod nobis uſu venit, ſatis locuples teſtimonium perhibet. Nam poſtquam loti ſumus et deſudavimus, tunc magis refrigeramur; corporibus laxatis multum

ψυχρότητα μετὰ τοῦ ἀέρος καταδεχόμενοι. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸ ὕδωρ πάσχει· ψύχεται γὰρ, ἂν προθερμανθῇ, μᾶλλον, εὐπαθέστερον τῷ ἀέρι γενόμενον· ὁπότε τὰ ζέοντα τῶν ὑδάτων ἀναῤῥιπτοῦντες καὶ μετεωρίζοντες, οὐδὲν ἄλλο
F δήπου ποιοῦσιν, ἢ πρὸς ἀέρα πολὺν ἀνακεραννύουσιν. Ὁ μὲν οὖν τῷ ἀέρι τὴν πρώτην ἀποδιδοὺς τῆς ψυχρότητος δύναμιν, ὦ Φαβωρῖνε, λόγος, ἐν τοιαύταις ἐστὶ πιθανότησιν.

ιγ'. Ὁ δὲ τῷ ὕδατι, λαμβάνει μὲν καὶ αὐτὸς ἀρχὰς ὁμοίως· οὕτω πως τοῦ Ἐμπεδοκλέους λέγοντος·

Ἠέλιον μὲν λαμπρὸν ὁρᾷν καὶ θερμὸν ἁπάντη,
Ὄμβρον δ' ἐν πᾶσι δνοφόεντά τε ῥιγαλέον τε·

τῷ γὰρ θερμῷ τὸ ψυχρὸν, ὡς τῷ λαμπρῷ τὸ μέλαν, ἀντιτάξας, συλλογίσασθαι δέδωκεν ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας
950 ἐστὶ τὸ μέλαν καὶ τὸ ψυχρὸν, ὡς τῆς αὐτῆς τὸ λαμ-

E. 11. ἐπότε] Legendum, ὅτε.
E. 12. ἀναῤῥιπτοῦντες] Hoc Steph. sumsit ab Exempl. Turneb. in quo et hoc, et praeterea est, ἀνα ῥιπτοντες, ἀναρύτοντες: illius sententiam reddidit Amiot. Omnes fere alii libri Ald. Bas. Xyl. P. B. E. Venet. ἀναρύτοντες.

Frigoris una cum aëre recipientes. Idem hoc aquæ accidit: nam facilius frigescit, si calefiat prius: quod sic facilius ab aëre potest affici: et qui ferventes aquas sursum tollunt, inque sublime agitant, nihil nimirum agunt aliud nisi eas multo permiscent aëre. Atque his quidem, Favorine, probabilitatibus nititur ea oratio, quæ principem frigidi facultatem aëri vindicat.

XIII. Qui vero eam aquæ defert, non dissimilibus utitur principiis: nempe hoc ipsum quoque auctore Empedocle:

Splendentem, et calidum cernes quidem undique Solem:
Ast imbrem prorsus tenebrosumque horribilemque.

Cum enim Calido Frigidum ita, ut splendido nigrum opposuerit, hoc nobis colligendum dedit, ita ejusdem substantiæ esse nigredinem et frigus, ut ejusdem sunt splen-

πρὸν καὶ τὸ θερμόν. Ὅτι δὲ οὐ τοῦ ἀέρος τὸ μέλαν ἀλλὰ τοῦ ὕδατός ἐστιν, ἡ αἴσθησις ἐπιμαρτυρεῖ, τῷ μὲν ἀέρι μηδενὸς, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, μελαινομένου, τῷ δὲ ὕδατι πάντων. Ἂν γὰρ τὸ λευκότατον ἐμβάλῃς ἔριον εἰς ὕδωρ ἢ ἱμάτιον, ἀναφαίνεται μέλαν καὶ διαμένει, μέχρις ἂν ὑπὸ θερμότητος ἐξικμασθῇ τὸ ὑγρὸν, ἢ τισι στρέβλαις καὶ βάρεσιν ἐκπιεσθῇ· τῆς τε γῆς ὕδατι ῥαινομένης, διαμελαίνουσιν οἱ καταλαμβανόμενοι ταῖς σταγόσι τόποι, τῶν ἄλλων ὁμοίων μενόντων· αὐτοῦ μὲν οὖν τοῦ ὕδατος σκοτεινότατον ὑπὸ πλήθους φαίνεται τὸ βαθύτατον, οἷς δὲ ἀὴρ πλησιάζει ταῦτα περιλάμπεται καὶ διαγελᾷ. Τῶν δὲ B
ἄλλων ὑγρῶν διαφανὲς μάλιστα τοὔλαιόν ἐστι, πλείστῳ χρώμενον ἀέρι· τούτου δὲ τεκμήριον ἡ κουφότης δι᾽ ἣν ἐπιπολάζει πᾶσιν, ὑπὸ τοῦ ἀέρος ἀναφερόμενον. Ποιεῖ δὲ καὶ τὴν γαλήνην ἐν τῇ θαλάττῃ, τοῖς κύμασιν ἐπιρραινόμενον, οὐ διὰ τὴν λειότητα τῶν ἀνέμων ἀπολισθαινόντων, ὡς Ἀριστοτέλης ἔλεγεν· ἀλλὰ παντὶ μὲν ὑγρῷ τὸ κῦμα

dor et calor. Nigredinem vero non ad aërem, ſed ad aquam pertinere ſenſus teſtatur. Nulla enim res ab aëre nigra, ab aqua omnes nigræ redduntur: ſi enim candidiſſimam lanam vel veſtem in aquam injicies, nigra inde eximetur, colorque is manebit tantiſper, dum vel calor liquorem exſiccet, vel prælum aut pondus ſuperimpoſitum elidat. Et cum terra conſpergitur aqua, nigricant loca guttis occupata, reliquis priſtinum colorem conſervantibus. Ipſiuſque adeo aquæ, ſi copioſa ſit, quod imum eſt, obſcuriſſimum eſt: cum partes aëri propinquæ pelluceant atque niteant. Ad hæc de reliquis humoribus maxime pellucidum eſt oleum, quia plurimum in ſe habet aëris: cui rei certo eſt argumento levitas, ob quam omnibus innatat humoribus, ab aëre ſurſum elatum. Quin et in fluctus marinos ſi invergatur, tranquillitatem facit: non ventis, ob levitatem ejus, inde delabentibus, quod Ariſtoteles putavit: ſed quia fluctus quovis humore ictus ſubſidat. Hoc

διαχεῖται πλαττόμενον, ἰδίως δὲ τοὔλαιον αὐγὴν καὶ καταφάνειαν ἐν βυθῷ παρέχει, διαστελλομένων τῷ ἀέρι τῶν ὑγρῶν· οὐ γὰρ μόνον ἐπιπολῆς διανυκτερεύουσιν, ἀλλὰ καὶ
C κάτω τοῖς σπογγοθήραις διαφυσώμενον ἐκ τοῦ στόματος ἐν τῇ θαλάττῃ φέγγος ἐνδίδωσιν. Οὐ μᾶλλον οὖν τῷ ἀέρι τοῦ μέλανος ἢ τῷ ὕδατι μέτεστιν, ἧττον δὲ τοῦ ψυχροῦ. Τὸ γοῦν ἔλαιον ἀέρος πλεῖστον τῶν ὑγρῶν μετέχον, ἥκιστα ψυχρόν ἐστι, καὶ πήγνυται μαλακῶς· ὁ γὰρ ἀὴρ ἐγκεκραμένος οὐκ ἐᾷ σκληρὰν γενέσθαι τὴν πῆξιν· βελόνας δὲ καὶ πόρπας σιδηρᾶς καὶ τὰ λεπτὰ τῶν ἔργων οὐχ ὕδατι βάπτουσιν, ἀλλ' ἐλαίῳ, τὴν ἄγαν ψυχρότητα φοβούμενοι τοῦ ὕδατος, ὡς διαστρέφουσαν. Ἀπὸ τούτων γὰρ δικαιότερόν ἐστιν ἐξελάζεσθαι τὸν λόγον, οὐκ ἀπὸ τῶν χρωμάτων· ἐπεὶ καὶ χιὼν καὶ χάλαζα καὶ κρύσταλλος ἅμα λαμπρότατα καὶ ψυχρότατα·
D καὶ πάλιν πίττα θερμότερόν ἐστι μέλιτος καὶ σκοτωδέστερον.

ιδ'. Ὅμως δὲ θαυμάζω τῶν ἀξιούντων τὸν ἀέρα ψυ-

C. 7. ἔργων] Forte, ἐργαλείων.

oleo peculiare eſt, quod ſplendorem et perſpicuitatem in fundo aquæ præſtat, aëre humorem diſſipante: non enim duntaxat in ſuperficie iis qui noctu ſpongias captant, ſed etiam urinando eas in profundo maris confectantibus ex ore efflatum, lumen præbet. Non plus igitur nigredinis aëri quam aquæ, minus etiam Frigidi ineſt. Nam oleum, quo nullus humorum plus in ſe habet aëris, minime frigidum eſt, molliterque coit; quia aër in ejus temperie contentus, non patitur id duriter adſtringi. Acus quoque et fibulas ferreas, aliaque horum affinia opera non aqua tingunt, ſed oleo, veriti ne aqua ob nimiam ſuam Frigiditatem ea pervertat. Nimirum enim ab his æquius eſt judicium peti, quam a coloribus: quandoquidem nix, grando, glacies, ſimul et nitidiſſima ſunt et frigidiſſima: et rurſum pix cum opacior eſt, tum calidior melle.

XIV. Ceterum hoc etiam miror, eos qui aërem prop-

χρὸν εἶναι διὰ τὸ καὶ σκοτεινόν, εἰ μὴ συνορῶσιν ἑτέρους ἀξιοῦντας θερμὸν εἶναι διὰ τὸ κοῦφον. Οὐ γὰρ οὕτω τῷ ψυχρῷ τὸ σκοτεινόν, ὡς τὸ βαρὺ καὶ στάσιμον, οἰκεῖόν ἐστι καὶ συγγενές· πολλὰ γὰρ ἄμοιρα θερμότητος ὄντα, μετέχει λαμπηδόνος, ἐλαφρὸν δὲ καὶ κοῦφον καὶ ἀναφερὲς οὐδέν ἐστι τῶν ψυχρῶν. Ἀλλὰ καὶ τὰ νέφη μέχρι μὲν ἀέρος οὐσίᾳ μᾶλλον προσήκει, μετεωρίζεται· μεταβαλόντα δὲ εἰς ὑγρὸν, εὐθὺς ὀλισθαίνει, καὶ τὸ κοῦφον οὐχ ἧττον ἢ τὸ θερμὸν E ἀποβάλλει ψυχρότητος ἐγγινομένης· καὶ τοὐναντίον ὅταν θερμότης ἐπέλθῃ, πάλιν ἀναστρέφει τὴν κίνησιν, ἅμα τῷ μεταβαλεῖν εἰς ἀέρα, τῆς οὐσίας ἄνω φερομένης. Καὶ μὴν οὐδὲ τὸ τῆς φθορᾶς ἀληθές ἐστιν· οὐ γὰρ εἰς τοὐναντίον ἀλλ' ὑπὸ τοὐναντίου φθείρεται τῶν ἀπολλυμένων ἕκαστον, ὥσπερ τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ ὕδατος εἰς τὸν ἀέρα. Τὸ γὰρ ὕδωρ ὁ μὲν Αἰσχύλος εἰ καὶ τραγικῶς, ἀλλ' ἀληθῶς εἶπε,

Παῦε ὕδωρ, δίκην πυρός.

terea quod ſit tenebroſus, frigidum ſtatuunt, non animadvertere eum ab aliis propterea calidum aſſeri, quia ſit levis. Nam tenebroſum iſthuc non tam familiariter congruit Frigido, quam grave et in ſtatu perſiſtens. Multa quippe caloris inania, ſplendorem tamen habent: leve, et quod ſponte ſurſum efferatur, nihil eſt eorum quæ ſint Frigida. Ipſæ quidem nubes, dum aëream ſervant naturam, in ſublime feruntur: deinde in humidum mutatæ, ſtatim deorſum labuntur: et Frigore recepto non minus levitatem quam calorem amittunt: ac, vice verſa, calore in eas incidente, ad ſuperas regiones revertuntur, ſimul et aëream recuperantes naturam, et ſurſum enitentes. Id quoque argumentum quod de interitu afferebatur, vanum eſt. Non enim in contrarium abit quidquid interit, ſed a contrario corrumpitur. Sic ignis ab aqua dum perimitur, in aërem mutatur. Nam Æſchylus non tam tragice quam vere dixit,

Compeſce aquam, ignis ſupplicium.

Ὅμηρος δὲ τῷ ποταμῷ τὸν Ἥφαιστον, καὶ τῷ Ποσειδῶνι τὸν Ἀπόλλωνα κατὰ τὴν μάχην φυσικῶς μᾶλλον ἢ μυθικῶς
F ἀντίταξεν. Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἐπὶ τῆς τἀναντία φρονούσης, οὐ κακῶς εἶπε,

Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει δολοφρονέουσα χειρί, τῇ ἑτέρῃ δὲ πῦρ.

Ἐν δὲ Πέρσαις τῶν ἱκετευμάτων μέγιστον ἦν καὶ ἀπαραίτητον, εἰ πῦρ λαβὼν ὁ ἱκετεύων καὶ ἐν ποταμῷ βεβηκὼς ἀπειλοίη μὴ τυχὼν τὸ πῦρ ἐς τὸ ὕδωρ ἀφήσειν· ἐτύγχανε μὲν γὰρ ὧν ἐδεῖτο, τυχὼν δὲ ἐκολάζετο διὰ τὴν ἀπειλήν, ὡς παρὰ νόμον καὶ κατὰ τὴν φύσεως γινομένην. Καὶ τοῦτο δὴ τὸ πρόχειρον ἅπασι, Πῦρ ὕδατι μιγνύναι, ὃ παροιμιαζόμενον ἐν τοῖς ἀδυνάτοις, μαρτυρεῖν ἔοικεν ὅτι τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ πολέμιόν ἐστι, καὶ ὑπὸ τούτου φθείρεται καὶ
951 κολάζεται σβεννύμενον· οὐχ ὑπὸ τοῦ ἀέρος τεῖνον, ὃς

F. 3. δολοφρονέουσα—πῦρ] Mez. item Bryan. et M. Solanus ad Plut. Vit. Demetr. Vol. V. p. 434.—δελόφρων χερὶ, τῇ δ' ἑτέρῃ πῦρ.

A. 1. τεῖνον] Forte corrigendum τοίνυν. Ald. Bas. Xyl. τει * ον. Abest in E, ejusque loco est spatium. Venet. τεῖον. Exempl. Turneb. vulgatam exhibet, ac præterea ὠθινὸν, forte voluit πόθεν οὖν. T. V. φθίνον. P. οἷον ὡς. Vulgatum habuit Steph. a Leonic. consentiente Exempl. Turneb. Jannot. nec dissentiente B.

A. 1. ὃς] Ald. Bas. Xyl. B. E. ὡς. Vulgatum Steph. habuit a Pol. Jannot. Exempl. Turneb. nec dissentit Venet.

Et Homerus fluvio Vulcanum, Neptuno Apollinem in pugna, physice magis quam fabulose, opposuit. Et Archilochus de muliere contrarium sentiente non male dixit,

Illa dolos nectens, aquam ferebat altera Manu, altera que ignem.

Apud Persas vero supplicandi genus erat acerrimum et repulsæ securum, si supplex cum igne in fluvium descendens, minaretur ignem se in eum abjecturum nisi impetraret, quod petebat: fiebat enim compos voti, sed puniebatur propter comminationem, utpote injustam et naturæ contrariam. Illud quoque tritum, *Ignem aquæ misces*, usurpatum in eos qui vi conantur efficere quod fieri est nefas, testari videtur igni aquam esse hostem, ab eaque illum perimi et ex-

ἀπολαμβάνει τὴν οὐσίαν αὐτοῦ καὶ δέχεται μεταβάλλοντος. Εἰ γὰρ αἰτία εἰς ὃ μεταβάλλει τὸ φθειρόμενον ἐναντίον ἐστὶ, τί μᾶλλον τῷ ἀέρι τὸ πῦρ, ἢ τὸ ὕδωρ, ἐναντίον φαίνεται; μεταβάλλει γὰρ εἰς ὕδωρ, συνιστάμενος· εἰς δὲ πῦρ, διακρινόμενος· ὥσπερ αὖ πάλιν τὸ ὕδωρ διακρίσει μὲν εἰς ἀέρα φθείρεται, συγκρίσει δὲ εἰς γῆν· ὡς μὲν ἐγὼ νομίζω, δι' οἰκειότητα τὴν πρὸς ἀμφότερα καὶ συγγένειαν, οὐχ ὡς ἐναντίον ἑκατέρῳ καὶ πολέμιον. Ἐκεῖνοι δὲ ὁποτέρως ἂν εἴπωσι, τὸ ἐπιχείρημα διαφθείρουσι. Πήγνυσθαί γε μὴν ὑπὸ τοῦ ἀέρος φάναι ὕδωρ, ἀλογώτατόν ἐστιν, αὐτὸν τὸν ἀέρα μηδαμοῦ πηγνύμενον ὁρῶντας. Νέφη γὰρ B
καὶ ὀμίχλαι καὶ κνηκίδες, οὐ πήξεις εἰσὶν, ἀλλὰ συστάσεις καὶ παχύτητες ἀέρος διεροῦ καὶ ἀτμώδους· ὁ δὲ ἄνικμος καὶ ξηρὸς οὐδὲ ἄχρι ταύτης τὴν κατάψυξιν ἐνδέχεται

A. 3. αἰτία] Et hoc mendosum, et reliqua oratio affecta, videtur. Legam, Εἰ δ' ἄρ' αὐτὸ εἰς ὃ μεταβάλλει, τῷ φθειρομένῳ ἐναντίον ἐστὶ, τί μᾶλλον τῷ ἀέρι—. Jannot. præbet αὐτό: ex Veneto addidimus τί: E. habet simpliciter τί pro ἐστί: pro τί addunt οὐ Jannot. T. V. Mez. e conjectura, credo: deterius etiam est ejusdem T. V. ἐναντίον ἐστιοῦν μᾶλλον.

stinguendo multari: non ab aëre, in quem suo interitu mutatur. Si enim id in quod quidvis mutatur contrarium est: quare magis adversabitur aëri ignis quam aqua? Mutatur enim in aquam, dum coit: in ignem, cum dissipatur: sicut rursum aqua dissipando in aërem, coëundo in terram abit: ut ego arbitror ob familiaritatem et cognationem cum utroque, non quod alteri eorum contraria sit atque inimica. Illi utro modo dixerint, argumentum corrumpunt. Absurdissimum vero dictu est, ab aëre aquam cogi, cum ipsum aërem nusquam videamus concrescere. Nubes enim, nebulæ, et nebeculæ, congelatio non sunt, sed coïtio quædam et crassities humidi ac vaporibus repleti aëris: cum siccus aër ne ad eam quidem usque mutatio-

τῆς μεταβολῆς. Ἔστι γὰρ ἃ τῶν ὀρῶν οὐ λαμβάνει νέφος οὐδὲ δρόσον, οὐδὲ ὁμίχλην, εἰς καθαρὸν ἀέρα καὶ ἄμοιρον ὑγρότητος ἐξικνούμενα ταῖς ἄκραις· ᾧ μάλιστα δῆλόν ἐστιν ὡς ἡ κάτω πύκνωσις καὶ σύστασις τῷ ἀέρι συμμεμιγμένον ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν ἐνδίδωσι.

ιε΄. Τὰ δὲ κάτω τῶν μεγάλων ποταμῶν οὐ πήγνυται κατὰ λόγον· τὰ γὰρ ἄνω παγέντα τὴν ἀναθυμίασιν οὐ δίεισιν, ἀλλ' ἐγκαθειργνυμένη καὶ ἀποστρεφομένη θερμότητα παρ-
C έχει τοῖς διὰ βάθους ὑγροῖς· ἀπόδειξις δὲ τούτου, τό, λυομένου τοῦ πάγου πάλιν ἀτμὸν πολὺν ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρεσθαι· διὸ καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα χειμῶνός ἐστι θερμότερα, τῷ συνέχειν τὸ θερμὸν ἐν ἑαυτοῖς, ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψυχρότητος εἴσω συνελαυνόμενον. Αἱ δὲ ἀναρρίψεις καὶ μετεωρίσεις οὐ μόνον τὸ θερμὸν ἐξαιροῦσι τοῦ ὑδά-

B. 8. ἡ κάτω—σύστασις] Forte, τὴν κάτω πύκνωσιν καὶ σύστασιν. Sic corrigitur item in Jannot. et vertitur ab Amioto et Xyl.

B. 11. δίεισιν] Legendum δίησιν: quod forte voluerunt T. V. Anon. δίησιν.

C. 5. ἀναρρίψεις] Sic unus Steph. et tres ejus ſequaces: neſcio unde: probandum tamen item ut ἀναρριπτοῦντες p. 949. E. Nam Ald. Baſ. Xyl. ἀναρρύσεις: B. E. ἀνάρρυσις. Venet. ἀνάγρυσις.

nem refrigeretur. Sunt enim certi quidam montes qui neque nubem, neque rorem, neque nubeculam admittunt, verticibus eorum in aërem purum humoriſque expertem penetrantibus: unde liquet vel in primis, inferioris aëris coïtionem et denſationem aëri ob humoris et frigoris admixtionem contingere.

XV. Rationi autem conſentaneum eſt, quod magnorum fluminum ima non conſtringuntur gelu. Superiora enim congelata, exhalationem non tranſmittunt: eaque intus contenta atque reliſa calorem præbet humori, qui in profundo eſt: quod eo demonſtratur, quia glacie ſoluta multum vaporem aquæ emittunt. Hinc et animalium corpora per hyemem ſunt calidiora, quod calorem a foris circumſtante frigore intro compulſum intus cohibent. Illæ vero ſurſum exhauſtiones aquæ et in ſublime elationes, non tantum calorem

των, ἀλλὰ καὶ τὸ ψυχρόν· ὅθεν ἥκιστα τὰς χιόνας καὶ τὸ συνθλιβόμενον ὑγρὸν ἀπ' αὐτῶν οἱ σφόδρα ψυχροῦ δεόμενοι κινοῦσιν· ἐκστατικὸν γὰρ ἀμφοῖν ἡ κίνησις. Ὅτι δὲ οὐκ ἀέρος ἐστὶν ἀλλ' ὕδατος ἡ τοιαύτη δύναμις, οὕτως ἄν τις ἐξ ὑπαρχῆς ἐπέλθοι. Πρῶτον μὲν οὐκ εἰκός ἐστιν ἀέρα τῷ αἰθέρι γειτνιῶντα, καὶ ψαύοντα τῆς περιφορᾶς, καὶ ψαυόμενον οὔσης πυρώδους, τὴν ἐναντίαν ἔχειν δύναμιν· οὔτε D
γὰρ ἄλλως δυνατὸν ἁπτόμενα καὶ συνεχῆ τοῖς πέρασιν ὄντα σώματα μὴ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων, εἰ δὲ πάσχειν, μὴ ἀναπίμπλασθαι τῆς τοῦ κρείττονος δυνάμεως τὸ χεῖρον· οὔτε τὴν φύσιν ἔχει λόγον ἐφεξῆς τῷ φθείροντι τάξαι τὸ φθειρόμενον, ὥσπερ οὐ κοινωνίας οὖσαν οὐδὲ ἁρμονίας, ἀλλὰ πολέμου καὶ μάχης δημιουργόν. Χρῆται μὲν γὰρ ἐναν-

C. 8. συνθλιβόμενον] Forte, συλλειβόμενον.
D. 3. σώματα—χεῖρον] Hæc unus habet P. quæ, ut et desiderata, et germano prædita Plutarcheo colore, neque recipere non potui: neque recepta non purgare mendis primæ et postremæ voci inhærentibus: est enim in Indic. Var. Lect. Ed. Græco-Lat. εὐσώματα pro σώματα, et κεν pro χεῖρον. Ceterum paulo supra recepi ex Venet. ἁπτόμενα pro vulgato ἀπτέμειον.
D. 7. μὲν γὰρ ἐναντίοις—χρῆται] Hæc revocavimus ex E. eademque habet P. ex omnibus aliis libris exciderunt.

aquis auferunt, sed et frigiditatem: itaque minime nivem aut ex hac expressum humorem movent, qui valde frigidam requirunt; motus enim utrumque amolitur. Hanc autem vim non aëris esse sed aquæ, sic licet de integro ratiocinari. Principio probabile non est aërem, qui ætheri appropinquat, superficiemque ejus contingens, ab ignea tangitur substantia, vi esse præditum contraria. Nam neque alias id fieri potest, ut corpora invicem et tangentia et suis terminis continuata, non a se invicem afficiantur: neque, si afficiuntur, fieri porro potest, ut non deterius repleatur facultate præstantioris. Et rationi non convenit, naturam deinceps a corrumpente posuisse, eique contiguum fecisse, id quod corrumpatur; tanquam ea non communicationis et consonantiæ, sed pugnæ esset effectrix. Nam in tuendo universo natura utitur illa qui-

ποις εἰς τὰ ὅλα πράγμασι· χρῆται δὲ οὐκ ἀκράτοις, οὐδὲ ἀντιτύποις, ἀλλ᾽ ἐναλλάξ τινα θέσιν καὶ τάξιν οὐκ ἀναιρετικὴν ἀλλὰ κοινωνικὴν δι᾽ ἑτέρων καὶ συνεργὸν ἐν μέσῳ περιπλεκομένην ἔχουσι· καὶ ταύτην εἴληφεν ὁ ἀὴρ, ὑποκεχυμένος τῷ πυρὶ πρὸ τοῦ ὕδατος, καὶ διαδιδοὺς
E ἐπ᾽ ἀμφότερα καὶ συνάγων, οὔτε θερμὸς ὢν αὐτὸς, οὔτε ψυχρὸς, ἀλλὰ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ μετακέρασμα καὶ κοινώνημα, μιγνυμένων ἐν αὐτῷ μῖξιν ἀβλαβῆ καὶ μαλακῶς ἀνεῖσαν καὶ δεχομένην τὰς ἐναντίας ἀκρότητας.

ιϛ΄. Ἐπεὶ δὲ πανταχοῦ μέν ἐστιν ἀὴρ ἴσος, οὐ πανταχοῦ δὲ χειμὼν ὅμοιος, οὐδὲ ψυχρός· ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ μέρη ψυχρὰ καὶ κάθυγρα, ταῦτα δὲ ξηρὰ καὶ θερμὰ τῆς οἰκουμένης, οὐ κατὰ τύχην, ἀλλὰ τῷ μίαν οὐσίαν ψυχρότητος
F καὶ ὑγρότητος εἶναι. Λιβύης μὲν γὰρ ἔνθερμος ἡ πολλὴ καὶ

E. 4. ἀνεῖσαν] Sumsi a T. Anon. Vulgo, ἐνεῖσαν.
E. 6. ὅμοιος, οὐδὲ ψυχρός] Forte, οὐδὲ ὁμοίως ψυχρός· T. V. Anon. habent ψῦχος pro ψυχρός.
F. 1. ὑγρότητος] Revocavi ex Ald. Bas. Xyl. E. Venet. Vulgo, θερμότητος ut Amiot. Turneb. nec dissentiunt Excerpta B. Credo tamen, plenius ab Auctore scriptum fuisse, ψυχρότητος καὶ ὑγρότητος, ὡς ξηρότητος καὶ θερμότητος.

dem rebus contrariis: at iis non utitur meris et repugnantibus, sed habentibus alternam posituram, et ordinem non destruentem, sed ipsas inter se contrarias res per alias communicantem, adjuvantem et in illarum medio connexam. Talis est aëris natura, qui inter ignem et aquam interjectus, et utrumque eorum contingens et jungens, neque calidus ipse est, neque frigidus, sed frigidi calidique particeps ac temperamentum, mixtorum in ipso mixtione innocua et leniter laxante ac recipiente contrarias extremitates.

XVI. Porro aër ubique est æqualis: non tamen omnibus in locis æque hyems et frigus sunt: nam aliæ partes orbis terrarum frigidæ sunt et humidæ, aliæ siccæ et calidæ, non fortuito quidem hoc, sed quod una est frigoris et humidi natura. Africæ enim

ἄνυδρος· Σκυθίαν δὲ καὶ Θρᾴκην καὶ Πόντον οἱ πεπλανημένοι λίμνας τε μεγάλας ἔχειν καὶ ποταμοῖς διαῤῥεῖσθαι βάθεσι καὶ πολλοῖς ἱστοροῦσιν· αὐτῶν τε τῶν ἐν μέσῳ τόπων τὰ παράλιμνα καὶ ἑλώδη, ψῦχος ἔχει μάλιστα, διὰ τὰς ἀπὸ τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεις. Ποσειδώνιος δὲ τῆς ψυχρότητος αἰτίαν εἰπὼν τὸ πρόσφατον εἶναι τὸν ἕλειον ἀέρα καὶ νοτερὸν, οὐκ ἔλυσε τὸ πιθανὸν, ἀλλὰ πιθανώτερον ἐποίησεν· οὐ γὰρ ἂν ἐφαίνετο τοῦ ἀέρος ὁ πρόσφατος ἀεὶ ψυχρότερος, εἰ μὴ τὸ ψυχρὸν ἐν τοῖς ὑγροῖς τὴν γένεσιν εἶχε. Βέλτιον οὖν Ὅμηρος,

Αὔρη δ' ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴ, 952

πρὸς τὴν πηγὴν τῆς ψυχρότητος ἔδειξεν. Ἔτι τοίνυν ἡ μὲν αἴσθησις πολλάκις ἡμᾶς ἐξαπατᾷ· ὅταν ἱματίων ἢ ἐρίων ψυχρῶν θιγγάνωμεν, οἰόμενοι ὑγρῶν θιγγάνειν, διὰ

F. 8. ἀλλὰ πιθανώτερον] Sic codices B. E. Venet. T. V. P. interpretes Xyl et Amiot. Vulgo, ἀλλ' ἀπιθανώτερον Ald. Baſ. Xyl. Steph. Græco-Lat. tres.

A. 2. πρὸς τὴν πηγὴν] Jannot. πνέει—τὴν πηγὴν, primo verbo ad Homeri locum adjuncto ex Od. E. 469. P. eadem auctoritate, mendoſe tamen, ψυχρὴ, πρὸ ἠῶθι πρὸς τὴν πηγήν. Prius probandum. Sed in proximo ἔδειξεν, haud ſcio an vera ſcriptura, ἠνίξατο, lateat.

major pars calida eſt et aquarum expers. Scythiam, Thraciam, et Pontum qui pervagati ſunt, lacus habere magnos aiunt, ac fluminibus permeari magnis: et quæ in medio ſunt paluſtria et lacuum ſimilia, maxime frigent ob exhalationes humorum. Poſidonius dum frigoris cauſſam facit, quod aër paluſtris recens ſit et humidus, noſtram opinionem magis etiam probabilem facit, tantum abeſt ut fidem ei deroget: non enim aër ut recentior quiſque eſt, ita videretur frigidior, niſi in humidis origo ineſſet frigoris. Rectius ergo Homerus fontem ejus indicans dixit:

Frigida de lymphis ſpirabat fluminis aura.

Præterea vero ſenſus nos ſæpenumero fallit, ut veſtem aut lanam tangentes frigidam, humidam nos tangere putemus: quippe quia utriuſque eſt qualitatis communis ſubſtantia,

τὸ κοινὴν ἀμφοτέροις οὐσίαν ὑπάρχειν, καὶ τὰς φύσεις συγγενεῖς εἶναι καὶ οἰκείας. Ἐν δὲ τοῖς δυσχειμέροις κλίμασι πολλὰ ῥηγνύει τὸ ψῦχος ἀγγεῖα καὶ χαλκᾶ καὶ κεραμεᾶ· κενὸν δὲ οὐδὲν, ἀλλὰ πάντα πλήρη, βιαζομένου τῇ ψυχρότητι τοῦ ὕδατος. Καίτοι φησὶ Θεόφραστος, τὸν ἀέρα ῥηγνύναι τὰ ἀγγεῖα, τῷ ὑγρῷ καθάπερ ἥλῳ χρώμενον. Ὅρα δὲ μὴ
B τοῦτο κομψῶς μᾶλλον ἢ ἀληθῶς εἰρημένον ᾖ· ἔδει γὰρ τὰ πίττης γέμοντα μᾶλλον ῥήγνυσθαι ὑπὸ τοῦ ἀέρος, καὶ τὰ γάλακτος. Ἀλλ' ἔοικε τὸ ὕδωρ ἐξ ἑαυτοῦ ψυχρὸν εἶναι καὶ πρώτως· ἀντίκειται γὰρ τῇ ψυχρότητι πρὸς τὴν θερμότητα τοῦ πυρὸς, ὥσπερ τῇ ὑγρότητι πρὸς τὴν ξηρότητα, καὶ τῇ βαρύτητι πρὸς τὴν κουφότητα. Καὶ ὅλως τὸ μὲν πῦρ, διαστατικόν ἐστι καὶ διαιρετικόν· τὸ δὲ ὕδωρ, κολλητικὸν καὶ σχετικὸν, τῇ ὑγρότητι συνέχον καὶ πῆττον· ἣ καὶ παρέσχεν Ἐμπεδοκλῆς ὑπόνοιαν ὡς τὸ μὲν πῦρ Νεῖκος οὐλόμενον, Σχεδίνην δὲ Φιλότητα τὸ ὑγρὸν ἑκάστοτε προσαγορεύων.

A. 10. —ἥλῳ] Sic T. et verterunt Amiot. Xyl. Vulgo, ἐλαίῳ inepte. Frequens in Plutarchi libris mutatio.
B. 1. ᾖ] Sic B. Schott. Collat. Muret. T. V. B. P. Vulgo, εἴη.
B. 8. πῆττον] Venet. πίττον. Jun. πιέζον. Vulgatum formæ eſt rarioris, ſed probæ.

naturæque vicinæ et familiares. In gelidis porro regionibus multa rumpit frigus vaſa ærea et figlina: nullum tamen inane, ſed plena omnia, frigore vim aquæ faciente. Sane ait Theophraſtus, *aërem vaſa rumpere, uſum humore tanquam clavo.* Sed vide ne elegantius quam verius hoc ille dixerit: nam hac ratione ea oportuit magis ab aëre rumpi, quæ pice aut lacte eſſent repleta. Sed videtur aqua ſuapte natura et primo eſſe Frigida: opponitur enim, ratione Frigoris, calori ignis; ut ſiccitati humiditatis, et gravitatis levitati. Denique ignis naturam habet diſſipandi et dividendi: aqua glutinandi et continendi, frigore conſtringens et cogens: quod etiam notans Empedocles, ſubinde ignem *Litem perniciosam*, aquam *Amicitiam continentem*

Ἐπεὶ τροφὴ μὲν πυρὸς τὸ μεταβάλλον εἰς πῦρ, μεταβάλλει δὲ τὸ συγγενὲς καὶ οἰκεῖον, τὸ δὲ ἐναντίον δυσμετάβλητον, ὡς τὸ ὕδωρ· καὶ αὐτὸ μὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄκαυστόν ἐστι, ὕλην δὲ καὶ πόαν νοτερὰν καὶ ξύλα βεβρεγμένα δυσκαῆ παρέχει, καὶ φλόγα ζοφερὰν καὶ ἀμβλεῖαν ὑπὸ χλωρότητος ἀναδίδωσι τῷ ψυχρῷ μαχόμενον πρὸς τὸ θερμὸν, ὡς φύσει πολέμιον. C

ιζʹ. Σκόπει δὴ καὶ ταῦτα παραβάλλων ἐκείνοις. Ἐπεὶ δὲ καὶ Χρύσιππος οἰόμενος τὸν ἀέρα πρώτως ψυχρὸν εἶναι, διότι καὶ σκοτεινὸν, ἐμνήσθη μόνον τῶν πλέον ἀφεστάναι τὸ ὕδωρ τοῦ αἰθέρος ἢ τὸν ἀέρα λεγόντων, καὶ πρὸς αὐτοὺς τι βουλόμενος εἰπεῖν, "Οὕτω μὲν ἂν," ἔφη, "καὶ τὴν γῆν ψυχρὰν εἶναι πρώτως λέγοιμεν, ὅτι τοῦ αἰθέρος ἀφέστηκε πλεῖστον·" ὡς ἀδόκιμόν τινα παντελῶς τοῦτον καὶ ἄτοπον D

C. 8. Σκόπει δὴ — Ἐπεὶ δὲ καὶ] Prior dictio, ad sequentia referenda, quod et Amiotus fecit: sed et nectenda cum iisdem, quod ille non fecit. Itaque corrigendum, Ἐπειδὴ γὰρ Χρύσιππος. Absolutio dictionis continetur illo, ἐγὼ μοι δοκῶ —.

C. 13. αἰθέρος ἀφέστηκε] Sic Steph. Pol. Leonic. Schott. Anon. Amiot. nec dissentiunt excerpta codicis B. At Ald. Bas. Xyl. E. Venet. P. ἀέρος. Illud retinui, ut sententiæ unice accommodatum.

appellavit. Etenim igni quidem alimentum est id quod mutari in ignem potest: mutatur autem, quod familiare ei est: sicut mutari id nequit, quod ejus est contrarium, ut aqua: nam et hæc, ut simpliciter dicam, neque uri potest, et facit ut materia, herba, lignum, humida difficulter urantur, et ob virorem flammam edant languidam ac caliginosam, humore calori ob naturalem inimicitiam repugnante.

XVII. Atque hæc Tu cum illorum argumentis comparando perpende. Quandoquidem Chrysippus censens aërem primo Frigidum esse, eo quod tenebrosus est, mentionem fecit duntaxat eorum, qui longius distare aquam ab æthere quam aërem dicerent: et contra eos aliquid dicturus, *Hoc pacto*, inquit, *etiam terram diceremus primo esse frigidam, quia longissime abest ab æthere:* itaque hanc rationem tanquam plane absurdam re-

ἀπορρίψας τὸν λόγον· ἐγώ μοι δοκῶ μηδὲ τὴν γῆν ἀμοιρεῖν εἰκότων καὶ πιθανῶν ἀποφαίνειν, ποιησάμενος ἀρχὴν ᾧ μάλιστα Χρύσιππος ὑπὲρ τοῦ ἀέρος κέχρηται. Τί δὲ τοῦτό ἐστι; τὸ σκοτεινὸν ὄντα πρώτως. Εἰ γὰρ δύο λαβὼν οὗτος ἀντιθέσεις δυνάμεων, οἴεται τῇ ἑτέρᾳ καὶ τὴν ἑτέραν ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι, μυρίαι δήπουθέν εἰσιν ἀντιτάξεις καὶ ἀντιπάθειαι πρὸς τὸν αἰθέρα τῆς γῆς, αἷς καὶ ταύτην ἄν τις ἀκολουθεῖν ἀξιώσειεν. Οὐ γὰρ ὡς βαρεῖα πρὸς κοῦφον, καὶ καταρρεπὴς πρὸς ἀναφερὲς E ἀντίκειται μόνον, οὐδὲ ὡς πυκνὴ πρὸς ἀραιόν, οὐδὲ ὡς βραδεῖα καὶ στάσιμος πρὸς ὀξύρροπον καὶ κινητικόν, ἀλλ' ὡς βαρυτάτη πρὸς κουφότατον, καὶ πυκνοτάτη πρὸς ἀραιότατον, καὶ τέλος ὡς ἀκίνητος ἐξ ἑαυτῆς πρὸς αὐτοκίνητον, καὶ τὴν μέσην χώραν ἐπέχουσα πρὸς ἀεὶ κυκλοφορούμενον. Οὐκ ἄτοπον οὖν τηλικαύταις καὶ τοσαύταις

D. 5. σκοτεινὸν ὄντα] Nisi quid excidit, corrigendum putem σκοτεινὸν εἶναι. In antecedenti σκοτεινὸν, poterat subaudiri εἶναι.
D. 8. αἰθέρα] Ita Steph. Pol. Leonic. Schott. Anon. eadem de caussa retinui, qua superius αἰθέρος. Ald. Bas. Xyl. B. E. Venet. P. Amiot. ἀέρα.

pudiat atque rejicit; equidem videor mihi pro terra quoque adferre posse probabilia argumenta, quibus eam primo Frigidam esse fides fiat. Idque primum ponam, quo Chrysippus pro aëre usus est præcipuo. Quodnam? Quod aër primum sit tenebrosus. Nam si ille duas sumens facultatum oppositiones, ex una alteram necessario sequi arbitratur: sexcentæ nimirum jam terræ adversus ætherem oppositiones et adversationes possunt proferri, quibus etiam hanc, de qua agimus, esse consequentem asseramus. Non enim opponitur tantum terra ætheri ut gravis levi, deorsum vergens sursum se efferenti, aut ut densa raro, tarda et stabilis velocibus prædito momentis: sed ut gravissima levissimo, densissima rarissimo, denique ut immobilis omnino suapte natura ei qui sponte sua citatur motibus, et medium obtinens locum ei qui semper in orbem circumvolvitur. Non est itaque absurdum his tot ac tantis opposi-

ἀντιτάξεσι καὶ τὴν τῆς ψυχρότητος καὶ θερμότητος ἕπεσθαι. Ναί· ἀλλὰ τὸ πῦρ λαμπρόν ἐστιν. Οὔτι μὴν σκοτεινὸν ἡ γῆ; Σκοτεινότατον μὲν οὖν ἁπάντων καὶ ἀφεγγέστατον. F
Ἀέρι μὲν γε μετοχὴ φωτός ἐστι πρώτῳ, καὶ τάχιστα τρέπεται καὶ ἀναπλησθεὶς διανέμει πανταχοῦ τὴν λαμπρότητα, σῶμα παρέχων τῆς αὐγῆς ἑαυτόν· ὁ γὰρ ἥλιος ἀνίσχων, ὥς τις εἶπε τῶν διθυραμβοποιῶν,

Εὐθὺς ἀνέπλησεν ἀεροβάταν μέγαν οἶκον ἀνέμων·

ἐκ τούτου δὲ καὶ λίμνῃ καὶ θαλάττῃ μοῖραν αὐγῆς κατιὼν ἐνίησι, καὶ βυθοὶ ποταμῶν διαγελῶσιν ὅσον ἀέρος ἐξικνεῖται πρὸς αὐτούς. Μόνη δὲ ἡ γῆ τῶν σωμάτων ἀεὶ ἀφώτιστός ἐστι καὶ ἄτρωτος ὑφ' ἡλίου καὶ σελήνης τῷ φωτίζοντι, θάλπεται δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ παρέχει χλιαίνειν ἐπ' ὀλίγον μέρος ἐνδυομένῳ τῷ θερμῷ· τὸ δὲ λαμπρὸν 953

E. 8. Οὔτι μὴν] Ita E. et Venet. Vulgo, λαμπρόν ἐστιν, ὅτι σκοτεινὸν ἡ γῆ. Similiter Ald. λ. ἐ. ὅτι τὴν σκοτεινὴν ἡ γῆ. Baſ. Xyl. omiſſo οὔτι τὴν, cetera ut Ald. At B. duabus lacunis λαμπρόν ἐστιν * οὔτι * σκοτεινὸν ἡ γῆ. T. οὐ μὴν σκοτεινόν. P. ὅτι μοι σκοτεινόν. Mez. οὐ τοίνυν σκοτεινόν.
F. 2. μὲν γε] Mez. μὲν γάρ.
A. 1. μέρος] Probabilis ſententia, non item auctoritas. Ita quidem Steph. conſentientibus Baſ. Xyl. Pol. Leonic. Nam Schott. habet, correctionis indicio, hanc notam, φάρος *vel* μέρος. Ald. E. Venet. κάρος. B. Collat. Muret. Jannot. Anon. φάρος. Puto Auctorem ſcripſiſſe βάθος.

tionibus etiam Calidi ac Frigidi contentionem comitari. Non ſane abſurdum eſt, inquit: at ſplendidus eſt ignis! Nonne vero terra tenebricoſa eſt? Imo autem tenebricoſiſſima omnium rerum, luminiſque vacuiſſima. Aër quidem primum particeps eſt luminis, mutaturque celerrime, impletuſque ſplendore, eum uſquequaque differt, ſeipſumque corpus lucis præbet. Sol enim ſurgens, ut quidam ſcriptor dithyramborum cecinit,

Statim implet magnam ventorum per aërem ingredientium domum:

ex hoc lacui marique portio luminis immittitur, renidentque flumina, quatenus aër ea attingit. Sola omnium corporum terra ſemper luminis expers eſt, neque radiis Solis et Lunæ illuminantibus percellitur: fovetur quidem ab iis, et exiguuam ſui partem a calore ſubeunte patitur te-

οὐ παρίησιν ὑπὸ στερεότητος, ἀλλ' ἐπιπολῆς περιφωτίζεται,
τὰ δ' ἐντὸς ὄρφνη καὶ χάος καὶ ᾅδης ὀνομάζεται· καὶ τὸ
ἔρεβος τοῦτο ἦν ἄρα τὸ χθόνιον καὶ ἔγγαιον σκότος. Τὴν
δὲ νύκτα ποιηταὶ μὲν ἐκ γῆς γεγονέναι μυθολογοῦσι·
μαθηματικοὶ δὲ σκιὰν γῆς οὖσαν ἀποδεικνύουσιν ἀντιφραττούσης πρὸς τὸν ἥλιον· ὁ γὰρ ἀὴρ ἀναπίμπλαται σκότους
ὑπὸ γῆς, ὡς φωτὸς ὑφ' ἡλίου· καὶ τὸ ἀφώτιστον αὐτοῦ,
μῆκός ἐστι νυκτὸς ὅσον ἡ σκιὰ τῆς γῆς ἐπινέμεται. Διὸ
τῷ μὲν ἐκτὸς ἀέρι καὶ νυκτὸς οὔσης ἄνθρωποί τε χρῶνται
καὶ θηρία πολλὰ νομὰς ποιούμενα διὰ σκότους, ἁμωσγέ-
B πως ἴχνη φωτὸς καὶ ἀπορροὰς αὐγῆς ἐνδιεσπαρμένας ἔχοντος· ὁ δὲ οἰκουρὸς καὶ ὑπώροφιος, ἅτε δὴ τῆς γῆς πανταχόθεν περιεχούσης, κομιδῇ τυφλός ἐστι καὶ ἀφώτιστος.
Ἀλλὰ μὴν καὶ δέρματα καὶ κέρατα ζῴων ὅλα μὲν αὐγὴν οὐ
δίησιν ὑπὸ στερεότητος, ὅταν δὲ πρισθῇ καὶ καταξεσθῇ
γίνεται διαφανῆ, συμμιχθέντος αὐτοῖς τοῦ ἀέρος. Οἶμαι δὲ καὶ μέλαιναν ἑκάστοτε τὴν γῆν ὑπὸ τῶν ποιητῶν κα-

pefieri: fed ob foliditatem fuam lumen non admittens, tantum in fuperficie circumilluftratur: interiora *tenebræ*, *chaos*, et *inferi*, nominantur, et *erebus* nihil eft aliud, quam tenebræ in terræ corpore. Porro noctem poëtæ terra natam fabulantur: mathematici oftendunt umbram effe terræ averfi Solis lumini officientem: aër enim tenebris impletur a terra, ut lumine a Sole: et quæ non illuminatur pars aëris, noctis eft ea quantitate, quantam umbra obtinet. Itaque exteriore aëre etiam per noctem homines ac bruta animalia utuntur, ambulantque in eo per tenebras, in quibus utcunque veftigia quædam lucis atque reliquiæ difperfæ funt: intra domos autem et tectis parietibufque inclufus, omnino cæcus eft et luminis expers, terra fcilicet circumquaque ambiente. Quin et tergora et cornua integra ob foliditatem lumen non tranfmittunt, diffecta autem et polita aëris participatione fiunt pellucida. Exiftimo terram quoque a poëtis identidem *nigram* appellari,

λέγεσθαι διὰ τὸ σκοτῶδες καὶ τὸ ἀφώτιστον· ἅτε καὶ τὴν πολυτίμητον ἀντίθεσιν τοῦ σκοτεινοῦ πρὸς τὸ λαμπρὸν, ἐπὶ τῆς γῆς μᾶλλον ἢ τοῦ ἀέρος ὑπάρχειν.

ιη'. Ἀλλ' αὕτη μὲν ἀπήρτηται τοῦ ζητουμένου· πολ- C
λὰ γὰρ δέδεικται ψυχρὰ τῶν λαμπρῶν ὄντα, καὶ θερμὰ τῶν ἀμαυρῶν καὶ σκοτεινῶν. Ἐκεῖναι δὲ συγγενέστεραι δυνάμεις ψυχρότητός εἰσι, τὸ ἐμβριθὲς, τὸ μόνιμον, τὸ πυκνὸν, τὸ ἀμετάβλητον· ὧν ἀέρι μὲν οὐδεμιᾶς, γῇ δὲ μᾶλλον ἢ ὕδατι πασῶν μέτεστι. Καὶ μὴν ἐν τοῖς μάλιστα τὸ ψυχρὸν αἰσθητῶς σκληρόν ἐστι καὶ σκληροποιὸν καὶ ἀντίτυπον. Ἰχθῦς μὲν γὰρ ἱστορεῖ Θεόφραστος ὑπὸ ῥίγους περιπαγέντας, ἂν ἀφεθῶσιν ἐπὶ τὴν γῆν, καταγνυσθαι καὶ συντρίβεσθαι, δίκην ὑέλων ἢ κεραμέων σωμάτων. Ἐν δὲ Δελφοῖς αὐτὸς ἤκουες ὅτι τῶν εἰς τὸν Παρνασὸν ἀνα- D
βάντων βοηθῆσαι ταῖς Θυάσιν ἀπειλημμέναις ὑπὸ πνεύματος χαλεποῦ καὶ χιόνος, οὕτως ἐγένοντο διὰ τὸν πάγον σκληραὶ καὶ ξυλώδεις αἱ χλαμύδες, ὡς καὶ θραύεσθαι διατεινομένας καὶ ῥήγνυσθαι. Ποιεῖ δὲ καὶ νεῦρα δυσκαμ-

ob tenebras et luminis vacuitatem: ut pretiosa illa tenebrosi cum splendido contentio, terræ magis quam aëri congruat.

XVIII. Verum ea ad propositam quæstionem nihil facit; cum ostenderimus, multa frigida esse splendida, multa calida obscura et tenebricosa. Illæ vero Frigoris magis cognatæ sunt facultates, grave esse, permanens, densum, immobile: quarum aëri nulla, terræ omnes magis quam aquæ insunt. Et quidem præcipue Frigidum, sensu judice, durum est, ac duritiei efficax, et resistens. Nam Theophrastus narrat, pisces gelu concretos, si in terram demittantur, frangi ac conteri vitrorum instar aut fictilium vasorum. Apud Delphos ipse audivisti, eorum, qui Parnassum conscenderant opitulatum Thyadibus a vehementi vento et nive circumventis, ita gelu duratas ligni in morem dirigivisse chlamydes, ut distentæ etiam rumperentur ac confringerentur. Quin et

πῆ, καὶ γλῶτταν ἄναυδον, ἀκινησίᾳ καὶ σκληρότητι, τὸ
ἄγαν ψῦχος ἐκπηγνύον καὶ ὑγρὰ καὶ μαλακὰ τοῦ σώ-
ματος.

ιθʹ. Ὧν βλεπομένων, σκόπει τὸ γινόμενον οὕτω. Πᾶ-
σα δήπου δύναμις ἂν περιγένηται, πέφυκε μεταβάλλειν
καὶ τρέπειν εἰς ἑαυτὴν τὸ νικώμενον· τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ θερ-
μοῦ κρατηθὲν ἐκπυροῦται· τὸ δ' ὑπὸ πνεύματος, ἐξ-
E αεροῦται· τὸ δ' εἰς ὕδωρ ἐμπεσὸν, ἂν μὴ διαφύγῃ, καθ-
υγραίνεται, συνδιαχεόμενον. Ἀνάγκη δὲ καὶ τὰ ψυχό-
μενα κομιδῇ μεταβάλλειν εἰς τὸ πρώτως ψυχρόν· ἔστι
δὲ ὑπερβολὴ ψύξεως πῆξις· πῆξις δὲ εἰς ἀλλοίωσιν τε-
λευτᾷ καὶ λίθωσιν, ὅταν παντάπασι τοῦ ψυχροῦ κρα-
τήσαντος, ἐκπαγῇ μὲν τὸ ὑγρὸν, ἐκθλιβῇ δὲ τὸ θερμόν.
Ὅθεν ἡ μὲν ἐν βάθει γῆ πάγος ἐστὶν ὡς εἰπεῖν καὶ κρύσ-
ταλλος ἅπασα· τὸ γὰρ ψυχρὸν ἄκρατον οἰκουρεῖ καὶ
ἀμάλακτον ἀπωσμένον ἐκεῖ τοῦ αἰθέρος ἀπωτάτω· ταυτὶ
δὲ τὰ ἐμφανῆ, κρημνοὺς καὶ σκοπέλους καὶ πέτρας, Ἐμ-

nervis et linguæ motum eripit, duritiemque infert nimium Frigus, congelans humidas et molles partes corporis.

XIX. Quæ cum ſint in conſpectu, rem nunc ſic conſideremus. Omnis nimirum facultas quando prævalet, ea eſt natura ut mutet, ſibique ſimile faciat id quod ab ipſa eſt victum: ita quod ab igne vincitur, incendi: quod a ſpiritu, in aërem verti: quod in aquam incidit, niſi effugiat, videmus penitus humectari colliquefactum. Eſt ergo neceſſe, ut quæ valde Frigore afficiuntur, mutentur in id quod primo eſt Frigidum: frigefactionis vero exſuperantia, eſt congelatio, quæ ad extremum rem in lapidem convertit, ubi Frigore prorſus obtinente humor congelavit eliſo calore. Itaque terra in profundo concretum aliquid Frigore, et, ut ſic dicam, glacies eſt: Frigus enim merum et nulla alia qualitate emollitum ibi habitat, longiſſime ab æthere repulſum. Iſta autem conſpicua, præcipitia, ſcopulos, ſaxa, Empedocles cenſet

πεδοκλῆς μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς οἴεται τοῦ ἐν βάθει τῆς γῆς
ἑστάναι καὶ ἀνέχεσθαι ἐρηρεισμένα φλεγμαίνοντος· ἐμφαίνε-
ται δὲ μᾶλλον, ὅσων τὸ θερμὸν ἐξεθλίβη καὶ διέπτατο, F
πάντα ταῦτα παντάπασιν ὑπὸ τῆς ψυχρότητος παγῆναι·
διὸ καὶ πάγοι καλοῦνται· καὶ τὰ ἄκρα πολλῶν ἐπιμελαν-
θέντων ᾗ τὸ θερμὸν ἐξέπεσε, πυρικαύστοις ἰδεῖν προσέοικε·
πήγνυσι γὰρ τὸ ψυχρὸν, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον, μά-
λιστα δὲ οἷς πρώτως ἐνυπάρχειν πέφυκεν. Ὥσπερ γὰρ εἰ 954
θερμοῦ τὸ κουφίζειν, θερμότατόν ἐστι τὸ κουφότατον· εἰ δὲ
ὑγροῦ τὸ μαλάσσειν, ὑγρότατον τὸ μαλακώτατον· οὕτως
εἰ καὶ ψυχροῦ τὸ πηγνύειν, ἀνάγκη καὶ ψυχρότατον εἶναι
τὸ μάλιστα πεπηγὸς, οἷον ἡ γῆ· τὸ δὲ ψυχρότατον,
φύσει δήπου καὶ πρώτως ψυχρόν· ὥστε πρώτως καὶ φύσει
ψυχρὸν ἡ γῆ. Τοῦτο δὲ ἀμέλει καὶ τῇ αἰσθήσει δῆλόν
ἐστιν· καὶ γὰρ πηλὸς ὕδατος ψυχρότερον, καὶ τὸ πῦρ γῆν
ἐπιφοροῦντες ἀφανίζουσιν· οἱ δὲ χαλκεῖς τῷ πυρουμένῳ καὶ
ἀνατηκομένῳ σιδήρῳ μάρμαρον καὶ λατύπην παραπάσ-

ab igne qui medio terræ ardeat edita ſuſtentari: magis tamen apparet, ea quorum eliſus eſt prorſuſque abiit calor, hæc omnino a Frigore conſtringi et indurari: unde et *pagi* Græcis dicuntur: multorumque extrema denigrata, qua ignis excidit, igne aduſta videntur intuentibus. Frigus enim alia magis, alia minus congelat, maxime ea quibus primo ineſt. Sicut enim quando caloris eſt leve reddere, quod calidiſſimum, idem et leviſſimum eſt: et quia humiditas mollit, quod humidiſſimum, ſimul etiam molliſſimum eſt: ita, ſi Frigoris eſt cogere, frigidiſſimum quod eſt, erit etiam concretiſſimum, videlicet terra. Quod autem natura eſt frigidiſſimum, id utique etiam primo erit Frigidum: unde conficitur, terram primo et natura eſſe Frigidam. Idque nimirum etiam ſenſu deprehenditur. Nam et lutum aqua eſt frigidius: et ignem terra ingeſta exſtinguunt. Fabri quoque ferro candenti et emollito marmorum ſcobem ſeu ramenta inſpergunt, ni-

σουσι, τὴν πολλὴν ῥύσιν ἐφιστάντες καὶ καταψύχοντες· ψύ-
B χει δὲ καὶ τὰ τῶν ἀθλητῶν ἡ κόνις σώματα, καὶ κατα-
σβέννυσι τοὺς ἱδρῶτας.

κ΄. Ἡ δὲ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἡμᾶς μετάγουσα
καὶ μετοικίζουσα χρεία, τί βούλεται, χειμῶνος μὲν ἀπω-
τάτω φεύγουσα τῆς γῆς εἰς μετέωρα καὶ ἀπόγεια, θέρους
δὲ πάλιν ἀντεχομένη τῶν κάτω, καὶ ὑποδυομένη καὶ δι-
ώκουσα προσφόρους καταφυγάς, τιθεμένη δίαιταν ἐν
ἀγκάλαις γῆς ἀγαπητῶς; ἆρα οὐχὶ ταῦτα ποιοῦμεν
ἐπὶ τὴν γῆν ὑπὸ ψυχρότητος ὁδηγούμενοι τῇ αἰσθήσει, καὶ
τὸ πρώτως φύσει ψυχρὸν ἐπιγινώσκοντες; Αἱ γοῦν παρ-
άλιοι χειμῶνος δίαιται τρόπον τινὰ γῆς φυγαί εἰσιν, ὡς
C ἀνυστὸν ἀπολιπόντων διὰ κρύος αὐτήν, τὸν δὲ ἔναλον
ἀέρα καὶ πελάγιον θερμὸν ὄντα περιβάλλομεν· εἶτα αὖ-
θις ἐν θέρει τὸν γηγενῆ καὶ χερσαῖον ὑπὸ καύματος ποθοῦ-
μεν, οὐκ αὐτὸν ὄντα ψυχρόν, ἀλλὰ τοῦ φύσει ψυχροῦ καὶ
πρώτως ἀποβλαστάνοντα, καὶ βεβαμμένον ὑπὸ τοῦ ἐν γῇ

C. 2. περιβάλλομεν] Forte, περιβαλλομένων: quo ducit Jannot. περιβαλλόμενον.

mium fluxum inhibentes ac refrigerantes. Pulvis etiam athletarum corpora refrigerat, ſudoreſque exſtinguit.

XX. Quid vero ſibi vult noſtra quotannis migratio, dum hyeme longiſſime a terra nos in ſublimia ſubducimus ædificia, æſtate autem rurſum ad inferiora et humilia confugientes, ſuavem in ulnis terræ habitationem quærimus? nonne id facimus, quia Frigus petentes, ſenſu ad terram deducimur, eamque primum natura Frigidum agnoſcimus. Certe ad mare per hyemem habitatio, fuga quodammodo terræ eſt relinquentium ob gelu eam quantum omnino fieri poteſt, aëremque maritimum, utpote calidum, amicientium: at æſtate terrigenum rurſum et mediterraneum aërem adverſus ardores deſideramus: qui non frigidus ipſe eſt, ſed ex eo quod primum et natura Fri-

δυνάμεως, ὥσπερ βαφῇ σίδηρον. Καὶ γὰρ τῶν ῥυτῶν ὑδάτων τὰ πετραῖα καὶ ὀρεινὰ ψυχρότατα, καὶ τῶν φρεατιαίων τὰ κοιλότατα· τούτοις μὲν γὰρ οὐκέτι μίγνυται διὰ βάθους ἔξωθεν ὁ ἀὴρ, ἐκεῖνα δὲ ἐκπίπτει διὰ τῆς γῆς ἀμίκτου καὶ καθαρᾶς, ὡς περὶ τὸ Ταίναρον, ὃ δὴ Στυγὸς ὕδωρ καλοῦσιν, ἐκ πέτρας γλίσχρως συλλειβόμενον οὕτως D
ψυχρὸν ὥστε μηδὲν ἀγγεῖον ἄλλο, μόνην δὲ ὁπλὴν ὄνου στέγειν, τὰ δὲ ἄλλα διακόπτει καὶ ῥήγνυσιν.

κα΄. Ἔτι γε μὴν τῶν ἰατρῶν ἀκούομεν ὡς πᾶσα γῆ τῷ γένει στύφειν καὶ ψύχειν πέφυκε· καὶ πολλὰ τῶν μεταλλευομένων καταριθμοῦσι στυπτικὴν αὐτοῖς παρέχοντα καὶ σχετικὴν εἰς τὰς φαρμακίας δύναμιν· καὶ γὰρ τὸ στοιχεῖον αὐτῆς οὐ τμητικὸν, οὐδὲ κινητικὸν, οὐδὲ λεῖπον, οὐδὲ ἔχον ὀξύτητας, οὐδὲ μαλθακὸν, οὐδὲ εὐπερίχυτον γέγονεν· ἀλλ’

C. 10. περὶ τὸ Ταίναρον] Legendum, τὸ περὶ Ταίναρον.
D. 6. καὶ σχετικὴν] καὶ excidit in Steph. ergo in tribus Græco-Lat. deeſt. At adeſt in ceteris libris omnibus.
D. 7. φαρμακίας] Rectius erat, φαρμακείας.
D. 8. λεῖπον] Quidvis aliud, quam hoc, rectius ſit: ſive T. V. Anon. Mez. λεπτὸν, vel λεῖον: ſive λιπαρὸν quod in ſcriptura codicis B. λιπὸν, latere videtur.

gidum eſt editus, terræ virtute imbutus eſt, tanquam ferri quadam tinctura. Nam fluentium quoque aquarum eæ ſunt frigidiſſimæ, quæ de montibus aut ſaxis manant, et putealium aquarum quæ in profundiſſimis ſunt puteis: his enim ob profunditatem non amplius admiſcetur exterior aër: illæ e ſincera terra erumpunt: qualis eſt apud Tænarum, quam Stygis aquam appellant, e ſaxo parcis ſcaturiginibus confluens, ita frigida, ut omnia vaſa rumpat, ſolaque aſini ungula poſſit contineri.

XXI. Atque etiam medicos audimus omni univerſe terræ facultatem refrigerandi et adſtringendi naturalem tribuere, multaque ab iis foſſilia recenſeri, quibus in medicina vis inſit obturandi atque cohibendi. Quippe elementum terræ non ad ſecandum, aut movendum natura aptum eſt, neque acumina habet, neque molliri aut facile circumfundi

ἑδραῖον, ὡς ὁ κύβος, καὶ συνερειστικόν. Ὅθεν αὐτή τε
E βρῖθος ἔσχε, καὶ τὸ ψυχρὸν, ὅπερ ἦν δύναμις αὐτῆς, τῷ πυκνοῦν καὶ συνωθεῖν καὶ ἀποθλίβειν τὰ ὑγρὰ, φρίκας καὶ τρόμους διὰ τὴν ἀνωμαλίαν ἐνεργάζεται τοῖς σώμασιν· ἂν δ' ἐπικρατήσῃ, παντάπασι τοῦ θερμοῦ φυγόντος ἢ σβεσθέντος, ἔστησε τὴν ἕξιν ἐκπαγεῖσαν καὶ νεκρωθεῖσαν. Ὅθεν οὐδὲ καίεται γῆ τὸ παράπαν, ἢ καίεται γλίσχρως καὶ μόγις. Ἀὴρ μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ πολλάκις φλόγα ἀναδίδωσι, καὶ ῥεῖ καὶ ἀστράπτει πυρούμενος· τῷ δὲ ὑγρῷ τροφῇ χρῆται τὸ θερμόν· οὐ γὰρ τὸ στερεὸν ἀλλὰ τὸ νοτερὸν τοῦ ξύλου καυστόν ἐστιν, ἐκμαθέντος δὲ τούτου τὸ στερεὸν καὶ
F ξηρὸν ἀπολείπεται τέφρα γινόμενον. Οἱ δὲ καὶ τοῦτο φιλοτιμούμενοι μεταβάλλον ἀποδεῖξαι καὶ καταναλισκόμενον, ἀναδεύοντες πολλάκις ἐλαίῳ καὶ στέατι φύροντες, οὐδὲν περαίνουσιν, ἀλλ' ὅταν ἐκκαῇ τὸ λιπαρὸν, περίεστι

E. 1. ὅπερ—τοῦ] Prius eſt ex B. poſterius, ex E. Pol. Leonic. Schott. T. Vulgo, εἴπερ—τό.

poteſt: ſed cubi in morem firma eſt ac ſtabilis. Itaque et gravitate prædita eſt: et frigore, in quo ejus vis poſita eſt, denſans, compingens, elidens humorem, horrores et tremores in corporibus efficit ob inæqualitatem: quod ſi ſuperet omnino calore fugiente aut exſtincto, habitum conſtituit omnino congelatum atque exanimem. Itaque terra prorſum non ardeſcit, aut lente admodum atque ægre uritur. Nam aër ſæpe ex ſeipſo flammam edit, fluitque et fulgurat accenſus: humore autem alimenti loco utitur calor: non enim ſolidæ, ſed humidæ ligni partes cremando ſunt idoneæ: quo exſiccato ſolidum et ſiccum relinquitur, in cinerem redactum. Neque ii quicquam agunt, qui hunc quoque mutari et conſumi contendentes, ſæpe oleo aut adipe humectantes incendunt: cum rurſus ac denuo pinguedine exuſta, omnino tamen ſuperet ac per-

πάντως καὶ διαμένει τὸ γεῶδες. Ὅθεν οὐ κατὰ χώραν μόνον, ἐξ ἕδρας ἀκίνητον οὖσαν αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ κατ' οὐσίαν ἀμετάβλητον, ἐςιν ὅτε δὲ μένουσαν ἐν θεῶν οἴκῳ, κλίτα προσηγόρευσαν οἱ παλαιοὶ, διὰ τὴν στάσιν καὶ πῆξιν· ἧς ἡ ψυχρότης δεσμός ἐστιν, ὡς Ἀρχέλαος ὁ φυσικὸς εἶπεν, οὐδενὸς χαλῶντος αὐτὴν, οὐδὲ μαλάττοντος, ὅτι θερμαινομένην καὶ ἀλεαινομένην οὖσαν. Οἱ δὲ πνεύματος μὲν αἰσθάνεσθαι ψυχροῦ καὶ ὕδατος, γῆς δὲ ἧττον 955 οἰόμενοι, τὴν ἔγγιστα γῆν ὁρῶσιν ἀέρων καὶ ὑδάτων καὶ ἡλίου καὶ θερμότητος ἀνάπλεων σύμμιγμα καὶ συμφόρημα γεγενημένην· καὶ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν μὴ τὸν αἰθέρα φύσει καὶ πρώτως θερμὸν, ἀλλὰ τὸ ζέον ὕδωρ ἢ τὸν διάπυρον σίδηρον ἀποφαινομένων, ὅτι τούτων μὲν ἅπτονται καὶ προστυγχάνουσι,

F. 7. ἐςιν ὅτι δὲ] Legendum Ἑςίαν, ὅτι δέ. *Vestam*, reddiderunt Turneb. Amiot. Xyl. Reliqua ad locum in Platonis Phædro referuntur: omissa ab interpretibus.

F. 8. κλίτα] Latet sub hoc monstro cognomen Terræ. Multa quis conjiciat: nunc scripturam librorum prodamus. B. καλῶς γύγα. Collat. Mureti. Jannot. T. V. σίγα. Schott. ζύγα. Leonic. πίτλα, ut quidem notavit Junius; nam in nostro exemplo Collectionis Leonici nil exstat. Forte καὶ σίγα non ineptum sit.

F. 11. οὖσαν] Huic quid faciamus, nisi deleamus, non video.

A. 7. προστυγχάνουσι] Forte, προσθιγγάνουσι, ut Mez.

maneat quod est terrenum. Itaque terram, quod non tantum locum suum servet, sed etiam substantia sit immutabili, ac semper in deorum maneat domicilio, a stando Hestiam seu Vestam nominaverunt prisci ob statum et concretionem: cujus vinculum est Frigus, ut Archelaus physicus aiebat, nulla eam re laxante, nulla molliente, ut quæ calefieri aut tepescere nesciret. Ii autem, qui aërem et aquam frigida se cognovisse aiunt, terram negant: respiciunt ad proximam terram, aëre, spiritibus, aqua, et calore plenam mixturam atque congeriem. Nihil vero differunt ab iis, qui non ætherem primo et natura calidum, sed aquam ferventem aut candens ferrum, pronunciant; quod hæc tanguntur et contrectantur: primum purum

τοῦ δὲ πρώτου καθαροῦ καὶ οὐρανίου πυρὸς αἴσθησιν δι' ἁφῆς οὐ λαμβάνουσιν ὥσπερ οὐδὲ οὗτοι τῆς ἐν βάθει γῆς, ἣν μάλιστα γῆν ἄν τις νοήσειεν αὐτὴν καθ' αὐτὴν ἀποκεκριμένην τῶν ἄλλων. Δεῖγμα δὲ αὐτῆς ἐστι κἀνταῦθα
B περὶ τὰς πέτρας· πολὺ γὰρ ἐκ βάθους καὶ οὐ ῥᾴδιον ἀναχέεσθαι προσβάλλουσι κρύος· οἱ δὲ ψυχροτέρου ποτοῦ δεόμενοι, χάλικας ἐμβάλλουσιν εἰς τὸ ὕδωρ, γίνεται γὰρ ὁλότερον καὶ στομοῦται περὶ τὴν ἀπὸ τῶν λίθων ψυχρότητα πρόσφατον καὶ ἄκρατον ἀναφερομένην.

κβʹ. Τοὺς οὖν πάλαι σοφοὺς καὶ λογίους ἄμικτα θέσθαι τὰ ἐπίγεια καὶ τὰ οὐράνια χρὴ νομίζειν, οὐ τοῖς τόποις, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ, πρὸς τὰ κάτω καὶ ἄνω βλέποντας, ἀλλὰ τῇ διαφορᾷ τῶν δυνάμεων, τὰ μὲν θερμὰ καὶ λαμπρὰ, ταχέα καὶ κοῦφα, τῇ ἀθανάτῳ καὶ ἀϊδίῳ φύσει προσνέμοντας, τὰ δὲ σκοτεινὰ καὶ ψυχρὰ καὶ βραδέα, φθιτῶν καὶ ἐνέρων οὐκ εὐδαίμονα κλῆρον ἀπο-

B. 2. προσβάλλουσι κρύος] Forte προσβάλλουσι ψύχος. Prius eſt in T. Anon. alterum in B.

cæleſtemque ignem non ſentiunt: ut hi quoque terram in imo latentem non vident, quæ maxime terra intelligenda eſt, ab omnibus aliis ſecreta. Cujus tamen indicium etiam hic ſunt ſaxa, quæ e profundo magnum et toleratu difficile Frigus emittunt. Qui autem potum frigidiorem facere volunt, ii ſilices in aquam injiciunt; fit enim ſpiſſior, et vis ejus intenditur Frigore quod a lapidibus recens et ſincerum in eam emittitur.

XXII. Veteres ergo ſapientes ac doctos cenſendum eſt ſtatuiſſe cœleſtia terreſtribus non permiſceri: non quod velut in trutina ad inferiora loco et ſuperiora reſpexerint, ſed ad facultatum differentiam: quippe calida, ſplendida, velocia, levia, immortali ac ſempiternæ naturæ adſcripſerunt: tenebroſa, frigida, tarda mortalium et inferorum ſortem parum beatam arbitrantes. Quando corpus etiam

ψυχθῆναι. Ἐπεὶ καὶ τὸ σῶμα τοῦ ζώου μέχρι μὲν ἔμπνουν ἐστὶ καὶ θαλερὸν, ὡς οἱ ποιηταὶ λέγουσι, θερμότητι χρῆται καὶ ζωῇ· γενόμενον δὲ τούτων ἔρημον, καὶ ἀπολειφθὲν ἐν μόνῃ τῇ τῆς γῆς μοίρᾳ, ψυχρότης εὐθὺς ἴσχει καὶ κρύος· ὡς ἐν παντὶ μᾶλλον ἢ τῷ γεώδει κατὰ φύσιν θερμότητος ἐνυπαρχούσης. c

κγ'. Ταῦτα, ὦ Φαβωρῖνε, τοῖς εἰρημένοις ὑφ' ἑτέρων παράβαλλε· κἂν μήτε λείπηται τῇ πιθανότητι, μήτε ὑπερέχῃ πολὺ, χαίρειν ἔα τὰς δόξας, τὸ ἐπέχειν ἐν τοῖς ἀδήλοις τοῦ συγκατατίθεσθαι φιλοσοφώτερον ἡγούμενος.

animalis dum ſpirat, et, ut poëta ait, *viret*, tantiſper etiam calore vitaque fruitur: his privatum, et jam ſolis terreſtribus reſtantibus partibus, ſtatim frigore et gelu corripitur: ſcilicet quod in quavis potius quam terrena re ſecundum naturam calor inſit.

XXIII. Hæc tu, Phavorine, cum iis compone, quæ ab aliis ſunt dicta: quæ ſi non multum vincant vincanturque probabilitate, valere jube opiniones, et exiſtima, philoſophi magis eſſe in rebus dubiis aſſenſionem cohibere, quam aliquid tanquam certum probare.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΠΟΤΕΡΟΝ ΥΔΩΡ Η ΠΥΡ ΧΡΗΣΙΜΩΤΕΡΟΝ.

D

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΠΟΤΕΡΟΝ ΥΔΩΡ Η ΠΥΡ ΧΡΗΣΙΜΩΤΕΡΟΝ.

PLUTARCHI

AQUANE AN IGNIS SIT UTILIOR.

E I. Ἄριστον μὲν Ὕδωρ,
Ὁ δὲ χρυσὸς, αἰθόμενον Πῦρ,

φησὶν ὁ Πίνδαρος· ὥστε οὗτος μὲν δευτέραν ἄντικρυς τῷ Πυρὶ χώραν ἔδωκε. Συμφωνεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος, εἰπὼν,

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετο·

τοῖς πλείστοις γὰρ ὠνομακέναι δοκεῖ τὸ Ὕδωρ τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ τὴν χύσιν. Ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν μαρτύρων

D. 1. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ] Mez. haec adscripsit, *Non videtur esse Plutarchi.* Eadem est Xylandri sententia. Equidem Plutarcheum censeo libellum; nec tamen integrum, sed excerptum e majori et integro.

I. *Aqua est rerum optima,*
Aurum autem flagrans Ignis,

inquit Pindarus: is ergo palam posteriorem locum Igni adsignavit. Adstipulatur huic Hesiodus, ita scribens,

Principio factum Chaos est:

nam voce Chaos plerique eum existimant expressisse Aquam, ob diffusionem, quae est Graecis *chysis.* Ceterum testium in utramque partem aequalia

D

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΠΟΤΕΡΟΝ ΥΔΩΡ Η ΠΥΡ ΧΡΗΣΙΜΩΤΕΡΟΝ.

PLUTARCHI

AQUANE AN IGNIS SIT UTILIOR.

E

I. Ἄριστον μὲν Ὕδωρ,
Ὁ δὲ χρυσὸς, αἰθόμενον Πῦρ,

φησὶν ὁ Πίνδαρος· ὥστε οὗτος μὲν δευτέραν ἄντικρυς τῷ Πυρὶ χώραν ἔδωκε. Συμφωνεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος, εἰπών,

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετο·

τοῖς πλείστοις γὰρ ὠνομακέναι δοκεῖ τὸ Ὕδωρ τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ τὴν χύσιν. Ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν μαρτύρων

D. 1. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ] Mez. hæc adſcripſit, *Non videtur eſſe Plutarchi.* Eadem eſt Xylandri ſententia. Equidem Plutarcheum cenſeo libellum; nec tamen integrum, ſed excerptum e majori et integro.

I. *Aqua eſt rerum optima,*
Aurum autem flagrans Ignis,

inquit Pindarus: is ergo palam poſteriorem locum Igni adſignavit. Adſtipulatur huic Heſiodus, ita ſcribens,

Principio factum Chaos eſt:

nam voce Chaos plerique eum exiſtimant expreſſiſſe Aquam, ob diffuſionem, quæ eſt Græcis *chyſis.* Ceterum teſtium in utramque partem æqualia

ἑκατέρῳ ἴσον· ἐπεὶ καὶ τὸ Πῦρ εἰσὶν οἱ τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἀποφαινόμενοι, καὶ οἷον σπέρμα τοῦτο ἐξ ἑαυτοῦ τε πάντα ποιεῖν καὶ εἰς ἑαυτὸ ἐκλαμβάνειν κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν. Ἀφέμενοι δὲ τῶν ἀνδρῶν, σκεψώμεθα τοὺς εἰς ἑκάτερον λό- F
γους πῇ μᾶλλον ἄγουσιν ἡμᾶς.

β. Ἆρ' οὖν οὐ χρησιμώτερον ἐκεῖνο οὗ πάντοτε καὶ διηνεκῶς δεόμεθα καὶ πλείστου, καθάπερ ἐργαλεῖον καὶ ὄργανον, καὶ, νὴ Δία, φίλος ὁ πάσης ὥρας καὶ παντὸς καιροῦ παρὼν ἕτοιμος; Καὶ μὴν τὸ μὲν Πῦρ οὐ πάντοτε χρήσιμον, ἔστι δὲ ὅτε καὶ βαρυνόμεθα καὶ ἀποσπώμεθα· τοῦ δὲ Ὕδατος χρεία καὶ χειμῶνος καὶ θέρους, καὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι, νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε ἄν- 956
θρωπος οὐ δεῖται· ἀμέλει καὶ τοὺς ἀποθανόντας ἀλίβαντας καλοῦσιν, ὡς ἐνδεεῖς λιβάδος, τουτέστιν ὑγρότητος, καὶ παρὰ τοῦτο στερουμένους τοῦ ζῇν. Καὶ ἄνευ μὲν πυρὸς ἦν

E. 8. ἑκατέρῳ] Sic Pol. Jannot. Mez. Vulgo, ἑκάτερον. Venet. Colleg. Nov. ἑκάτερος.
F. 7. ἀποσπώμεθα] Forte, ἀφοσιούμεθα, vel ἀποστρεφόμεθα, vel δυσωπούμεθα.

ſunt momenta. Sunt enim qui Ignem univerſi principium eſſe pronuncient, eumque tanquam ſemen et gignere ex ſeſe omnia, et in ſeſe facta conflagratione recepturum. Omiſſis itaque auctoribus, rationes ipſas conſideremus in utram nos partem inclinent.

II. Nonne autem id utilius eſt, quo ſemper continenterque indigemus, et quidem plurimo? quomodo ſupellex, aut inſtrumentum, atque adeo amicus aliis præfertur, qui nobis quavis hora et ad quaſvis occaſiones utendi præſto eſt. Atqui Ignis non ſemper utilis eſt: et aliquando eum moleſte ferimus atque amolimur. Aquæ et hyeme et æſtate, tam ſanis quam ægrotis, noctu dieque, denique nunquam non uſus eſt et opus: nimirum enim mortui hinc *alibantes* dicuntur, quod humore careant, ideoque vita ſint privati. Deinde ſine igne fuit aliquando homo, ſine Aqua

ποτὲ, ὕδατος δὲ οὐδέποτ' ἄνθρωπος. Ἐπεὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἅμα τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῶν ἀνθρώπων, χρησιμώτερον τοῦ ὕστερον εὑρεθέντος· δῆλον γὰρ ὡς τὸ μὲν ἀναγκαῖον ὅπως ἡ φύσις ἔδωκε· τὸ δὲ περιουσίᾳ τῆς χρήσεως, τύχη καὶ μηχανή τις εὗρεν. Ὕδωρ μὲν οὖν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτε οὐκ ἦν ἀνθρώποις, οὐδέ τις εὑρετὴς λέγεται θεῶν ἢ ἡρώων· σχεδὸν γὰρ γενομένων εὐθὺς ὑπῆρχε, καὶ
B τὸ γενέσθαι παρεῖχεν· ἡ δὲ Πυρὸς χρῆσις ἐχθὲς φασὶ καὶ πρώην ὑπὸ Προμηθέως, βίος Πυρὸς, οὐκ ἄνευ Ὕδατος ἦν. Καὶ τὸ μὲν πλάσμα τοῦτο μὴ εἶναι ποιητικὸν ἀποδείκνυσιν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος· ἔστι γὰρ ἀνθρώπων γένη τινὰ χωρὶς Πυρὸς ποιούμενα τὴν δίαιταν, ἄοικα καὶ ἀνέστια καὶ ὑπαίθρια· καὶ Διογένης δὲ ὁ κύων ἥκιστα προσ-

A. 5. ὕδατος δὲ] Forte, ἄνευ ὕδατος δὲ, ut Xyl. malit. Et quod idem habet Index var. lect. Græco-Lat. infra ad B. huc videtur referendum. Nec tamen vulgatam absolute repudiare ausim.

A. 5. Ἐπεὶ τὸ] Ἔστι δὲ τὸ, Mez.

A. 8. ἀναγκαῖον ὅπως] ὅπως ἀναγκαῖον Mosc. 1. 2. Harl. Forte ὅπως mutandum in αὐτοῖς, vel cum Mez. in ὄντως.

A. 9. τύχη] Sic Steph. cum Pol. Leonic. Schott. Exempl. Turneb. nec dissentiunt Excerpta B. E. At μάχη ceteri, Ald. Bas. Xyl. G. Venet. Mosc. 1. 2. Colleg. Nov. Harl. Forte, Auctor scripsit τέχνη.

B. 2. βίος Πυρὸς, οὐκ ἄνευ Ὕδατος ἦν] Temere ex superioribus videtur repetitum. Tamen ejus loco ἐπορίσθη vel simile requiritur.

nunquam. Est vero id quod initio statim et ab ipso ortu hominum exstitit, utilius eo quod postea temporis inventum fuit; liquet enim illud naturam nobis ut rem necessariam dedisse, hoc ob usus supervacaneos studio machinationeque partum esse. At vero dici non potest quando Aqua caruerint homines: neque ejus inventor Deorum aliquis aut heroum perhibetur. Ignis usus nuper adeo, ut aiunt, a Prometheo est repertus: ita sine Igne, non absque Aqua vita fuit. Et non esse hoc a poëtis confictum, nostra demonstrat vita. Sunt enim quædam hominum gentes, sine Igne vitam degentes, domibus focisque carentes, et sub divo agentes. Quin et Diogenes Cynicus minime

χρῆτο Πυρί, ὥστε καὶ πολύποδα καταπιὼν ὠμόν, «Οὕτως ὑπὲρ ὑμῶν, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, παραβάλλομαι·» χωρὶς δὲ ὕδατος οὔτε καλόν τις ἐνόμισε ζῆν, οὔτε δυνατόν.

γ'. Καὶ τί μακρολογοῦμαι, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπερχόμενος φύσιν; πολλῶν παρόντων μᾶλλον δὲ ἀπείρων γενῶν, τὸ τῶν ἀνθρώπων σχεδὸν μόνον οἶδε Πυρὸς χρῆσιν, C τὰ δὲ λοιπὰ ἀπύρως χρῆται διαίταις καὶ τροφαῖς, καὶ βίος αὐτοῖς νεμομένοις, ἱπταμένοις, ἕρπουσιν, ἀπὸ ῥιζῶν καὶ καρπῶν καὶ σαρκῶν, ἄνευ Πυρός. Ὕδατος δὲ χωρὶς οὐκ ἔναλον, οὐδὲ χερσαῖον, οὐδ' αἰθέριον· καὶ γὰρ τὰ σαρκοβόρα τῶν ζώων, ὧν ἔνιά φησι μὴ πίνειν Ἀριστοτέλης, τῷ γε ὄντως ὑγρῷ χρώμενα διαζῆν. Τοῦτο οὖν χρησιμώτερον, οὗ μηδεμία ζωῆς φύσις ἄνευ ἵσταται καὶ διαμένει.

δ'. Μετίωμεν ἀπὸ τῶν χρωμένων ἐπὶ ταῦτα οἷς χρώμεθα, φυτὰ καὶ καρπούς· τούτων ἃ μὲν οὐδὲ ὅλως θερμοῦ

B. 12. παρόντων] Legendum, γὰρ ὄντων, cum Mez. ut vertit Amiot.
C. 7. διαζῆν] Corrigendum, διαζῇ.

Igne eſt uſus, qui etiam polypum crudum deglutiens, *Tantum*, dixit, *pro vobis adeo periculum.* Sine Aqua autem neque commodam, neque omnino tolerabilem quiſquam putavit vitam.

III. Quanquam, cur in has me conjicio anguſtias? Nam cum infinitæ ſint aliæ naturæ, quæ ſine Igne nutriuntur et vivunt paſcentes, volantes, repentes, aluntur que fructibus, radicibus, carnibus, ſine Igne; ſolus fere homo ignis uſum novit. Sine Aqua autem nihil vivit neque marinum, neque aëreum, neque terreſtre: et ipſa illa carnivora animalia, quæ bibere Ariſtoteles negat, mero tamen humore vitam ſuſtentant. Eſt autem omnino id utilius, ſine quo nulla conſtat aut perdurat natura.

IV. Tranſeamus nunc ab his quæ utuntur, ad ea quibus nos utimur, ſtirpes inquam et fructus. Horum alia prorſus expertia ſunt caloris, quædam

μετείληφεν, ἃ δὲ ἥκιστα καὶ ἀδήλως· ἡ δὲ ὑγρὰ φύσις
D βλαστάνοντα πάντα παρέχεται αὐξανόμενα, καὶ καρποφοροῦν-
τα· καὶ τί με δεῖ καταριθμεῖσθαι οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ
τὰ λοιπὰ ὅσα τρυγῶμεν καὶ ἀμέλγομεν καὶ βλέπο-
μεν ἐν φανερῷ κείμενα, ὅπου γε καὶ ὁ πυρὸς δοκῶν εἶναι
τῆς ξηρᾶς τροφῆς, μεταβολῇ καὶ σήψει καὶ διαχύσει τοῦ
ὑγροῦ γίνεται.

έ. Καὶ μὴν καὶ χρησιμώτερον ὃ μηδέποτε βλάπτει.
Πῦρ μὲν οὖν ῥᾷον ὀλεθριώτατον, ἡ δὲ Ὕδατος φύσις
οὐδέποτε βλαβερά. Καὶ ἐν δυοῖν ὠφελιμώτερον τὸ εὐ-
τελέστερον, καὶ χωρίς τινος παρασκευῆς τὴν ἐξ αὐτοῦ παρέχον
ὠφέλειαν· ἡ μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ Πυρὸς, χορηγίας δεῖται καὶ
E ὕλης· διὰ τοῦτο μετέχουσιν αὐτοῦ πλέον πλούσιοι πενή-
των, βασιλεῖς ἰδιωτῶν· τὸ δὲ Ὕδωρ καὶ τοῦτο ἔχει φιλάν-

D. 3. βλέπομεν] Ita omnes libri, et ſpeciem habet veritatis. Vix tamen dubito, quin corrigendum ſit βλίττομεν. Vid. ſupra p. 98. D.

D. 8. ῥᾷον] Forte, ἐρῶμεν. Moſc. 1. et T. ῥᾴδιον. Mez. ῥίον, ut videtur ex p. 957. C.

exiguam ejus et obſcuram habent partem. Humor autem omnibus, quorum ſtirpes terra continentur, naſcendi, augeſcendi, fructumque ferendi ſuum, cauſſa eſt. Jam quid attinet me enumerare vinum, oleum, et alia quæ vindemia nobis ſuggerit, aut quæ mulgemus, et in promtu ſita cernimus? quando ipſum quoque triticum, quod alimentum ſiccum putatur, mutatione, putrefactione, diffuſioneque humoris, naſcitur.

V. Porro autem utilius hoc eſt, quod nunquam nocet. Ignis vero facile perniciem affert: Aquæ natura nuſquam eſt damnoſa. Inter duo id quoque utilius cenſetur, quod minimo apparatu ſuum exhibet uſum. Atqui Ignis uſus ſumtum materiamque deſiderat: ideoque magis eo divites et reges utuntur, quam pauperes et privati. Habet autem Aqua id humanis uſibus commodum, quod æqualiter omnibus proſtat, et ſimiliter non

θρώπων, τῇ ἰσότητι, τὸ ὅμοιον· οὐ δεῖται γὰρ ὀργάνων, οὐδ' ἐργαλείων, ἀπροσδεὲς, αὐτοτελὲς ἀγαθόν.

ϛ'. Ἔτι μὴν ὃ πολλαπλασιαζόμενον τὴν ὠφέλειαν ἀπόλλυσιν, ἀχρηστότερον· τοιοῦτον δὲ τὸ Πῦρ, οἷον θηρίον παμφάγον καὶ δαπάνῃ τῶν παρακειμένων, καὶ μεθόδῳ καὶ τέχνῃ μᾶλλον καὶ μετριότητι, ἢ τῇ αὐτοῦ φύσει, ὠφέλιμον· τὸ δὲ Ὕδωρ οὐδέποτε φοβερόν. Καὶ μὴν δυεῖν τὸ μετὰ τοῦ ἑτέρου, χρησιμώτερον· Πῦρ μὲν οὖν οὐκ ἐπιδέχεται τὸ ὑγρὸν, οὐδὲ τῇ δι' αὐτοῦ κοινωνίᾳ χρήσιμον· Ὕδωρ δὲ ἐπὶ μετὰ Πυρὸς ὠφέλιμον, τὰ γοῦν θερμὰ τῶν Ὑδάτων, ἀκέσιμα, καὶ F πρὸς θεραπείαν εὐαίσθητα· καὶ Πῦρ μὲν ὑγρὸν οὐκ ἄν τις εὕροι, Ὕδωρ δὲ, ὡς ψυχρὸν, οὕτω καὶ θερμὸν, ὠφέλιμον ἀνθρώπῳ.

ζ'. Καὶ μὴν τεττάρων ὄντων τῶν στοιχείων, τὸ Ὕδωρ ἐξ ἑαυτοῦ πέμπτον, ὡς ἄν τις εἴποι, πεποίηκε στοιχεῖον τὸ

E. 7. δαπάνῃ] Lego, δάπανον. G. δαπανῶν παρακειμένων. Venet. Mosc. 2. Colleg. Nov. Harl. δαπ:νῶν τῶν παρακειμένων.
F. 2. εὐαίσθητα] An εὐδιάθετα, vel εὐαλθῆ.

indiget instrumentis, non supellectile, nihil extra sese desiderat, bonum est seipso perfectum.

VI. Ad hæc, minus utile est, quod multiplicatum suam utilitatem amittit: quod sane Igni accidit tanquam feræ voraci, et objecta consumenti, et quia arte magis scitaque moderatione quam suapte natura sit utilis. Ab Aqua nihil unquam timendum est. Præterea de duobus illud utilius judicatur, quod cum altero conjungi potest. Sed Ignis quidem Aquam non recipit, neque ejus communione prodest: Aqua autem Igne adscito conducibilis est; nam Aquæ suapte natura calidæ remedium habent adversus morbos ipsis etiam sensibus manifestum. Et Ignem profecto humidum nusquam reperies, Aqua autem tam calida quam frigida, humanis apta est usibus.

VII. Adde, quod cum quatuor sint elementa, Aqua quintum, ut sic loquar, ex se produxit elementum, mare

957 θάλασσαν, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων ὠφέλιμον, τῶν τε ἄλλων ἕνεκεν καὶ μάλιστα τῆς ἐπιμιξίας· ἄγριον οὖν ἡμῶν ὄντα καὶ ἀσύμβολον τὸν βίον τοῦτο τὸ στοιχεῖον συνῆψε, καὶ τέλειον ἐποίησε, διορθούμενον ταῖς παρ' ἀλλήλων ἐπικουρίαις καὶ ἀντιδόσεσι κοινωνίαν ἐργαζόμενον καὶ φιλίαν. Ἡράκλειτος μὲν οὖν, "Εἰ μὴ ἥλιος," φησίν, "ἦν, εὐφρόνη ἂν ἦν." Ἔστι δὲ εἰπεῖν, ὡς, Εἰ μὴ θάλαττα ἦν, πάντων ἀγριώτατον ζῶον καὶ ἀναιδέστατον ὁ ἄνθρωπος ἦν. Νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν, παρ' Ἰνδῶν ἄμπελον τοῖς Ἕλλησιν, ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος καρπῶν χρῆσιν τοῖς ἐπέκεινα ὁ τῆς θαλάσ-
B σης ἔδωκεν, ἐκ Φοινίκης δὲ γράμματα μνημόσυνα λήθης, ἐκόμισε δὲ οἶνον καὶ καρπὸν, καὶ ἀπαίδευτον ἐκώλυσεν εἶναι τὸ πλεῖστον ἀνθρώπων γένος. Πῶς οὖν οὐ χρησιμώτερον Ὕδωρ στοιχείῳ περιττεῦον;

A. 8. ἀναιδέστατον] Mez. ἐνδεέστατον, ut vertit Amiot.
A. 10. ὁ τῆς θαλάσσης] Forte ὁ delendum, ut fecit Xyl.
B. 2. δὲ οἶνον καὶ καρπὸν] Videtur aut delendum, aut mutandum in δηωνίας καρπόν.

puta, quod utilitate illis inferius non est, cum alias ob res, tum ob hominum commercia. Vitam enim nostram agrestem alioqui et commerciorum expertem hoc elementum conjunxit ac perfecit, mutuis auxiliis directam, ac permutationibus communitatem amicitiasque conciliantem. Heracliti est, *si sole careremus, noctem nobis futuram perpetuam.* Licet autem nobis eodem modo dicere: absque mare fuisset, animal fuisset homo omnium animalium ferissimum et egentissimum. Nunc mare ab Indis vitem Græcis advexit, et transmarinis frumenti usum e Græcia attulit, et e Phœnicia literas memoriæ adversus oblivionem remedium accivit: vinum quoque apportavit: denique major hominum pars ne sine fructu et institutionis exsors esset, præstitit. Quomodo ergo non sit utilior Aqua, quæ elemento excedit Ignem?

η'. Ἢ πρὸς τοὐναντίον ἄν τις ἐντεῦθεν ἔχων λέγοι;
διότι τέτταρα μὲν στοιχεῖα θεοῦ, καθάπερ τεχνίτου, πρὸς
τὴν τῶν ὅλων ἐργασίαν ὑποκείμενα, τούτων δὲ αὖ
πάλιν ἀλλήλοις διαφορά, πλὴν γῆ μὲν καὶ Ὕδωρ
ὑποβέβληνται δίκην ὕλης ποιούμενα καὶ πλαττόμενα,
καὶ μετέχοντα κόσμου καὶ τάξεως, καὶ τοῦ φύειν γε φα-
σι καὶ γεννᾶν, ὅσον ἂν μεταλάβῃ παρ' ἑτέρων, πνεῦμα
μὲν καὶ Πῦρ ποιούντων καὶ δημιουργούντων, καὶ κείμενα νεκρά C
πως ἐπὶ τὴν γένεσιν ἀνιστάντων· τούτων δὲ δυεῖν τούτων, αὖθις
τὸ Πῦρ ἄρχει καὶ ἡγεμονεύει. Δῆλον δὲ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς·
γῆ τε γὰρ ἄνευ θερμῆς οὐσίας, ἄγονος καὶ ἄκαρπος, τὸ
δὲ Πῦρ ἐκρυὲν καὶ διαχέαν παρίστησιν εἰς τὴν γένεσιν ὀρ-
γῶντα· οὐδεμίαν γὰρ αἰτίαν εὕροι τις ἂν δι' ἣν ἄγονοι πέ-

B. 5. ἔχων λέγοι] Legendum, vel ἑλὼν λέγοι, vel ἔχοι λέγειν;
B. 10. φασι] Forte errore librarii ortum ex antecedenti φύειν.
B. 11. παρ' ἑτέρων—Πῦρ] Subeſt quid vitii, forte ita expurgandum ut legatur, παρ' ἐκείνων, πνεύματος καὶ πυρός—.
C. 5. ἐκρυὲν] Vix ſanum videtur: poterat corrigi εἰσδῦον, vel ἐπιῤῥιφὲν, vel cum Reiſkio ἐπιῤῥυὲν: alio tamen ducit lectio codicum G. Venet. Colleg. Nov. Harl. ἐκ ῥαός: forte latet ἐκραγὲν vel ἐξεῤῥαγὸς, ut vertit Xyl.
C. 5. ὀργῶντα] In promtu eſt corrigere ὀργῶσαν: niſi aliud lateat. G. Colleg. Nov. ἐνεργῶντα. Harl. ἐργῶντα. Moſc. 2. ἐναργῶντα.

VIII. An vero potius pro Igne dicendi aliquis hæc habeat argumenta? Quatuor elementa Deus univerſi conditor ad omnium rerum effectionem conſtituit: quæ elementa rurſum hoc ipſo differunt, quod Aqua et terra materiæ inſtar ſubjiciuntur effectioni, ac finguntur: eoque ornatum et ordinem, adeoque ut ſint et procreent, conſequuntur, quod ab aëre et Igne tanquam artificibus formantur, et, cum antea tanquam mortua jacerent, ab his ortus ſui initium habent. Ignis vero in efficientibus cauſſis principatum et imperium tenet. Quod dixi, inductione poteſt intelligi. Terra enim ſine calore, ſterilis eſt, et infrugifera: Ignis ſua eruptione et vi diffundendi materiam turgentem fertilem reddit. Quam enim aliam adferes cauſſam, cur ſaxa,

τερα καὶ τὰ κατεσκληκότα τῶν ὀρῶν, ἢ ὅτι Πυρὸς οὐδόλως ἢ ὀλίγον μετέχει.

θ΄. Τὸ δὲ ὅλον τοσοῦτον ἀπέχει πρὸς σωτηρίαν ἢ ἑτέρων γένεσιν τὸ Ὕδωρ αὐτοτελὲς εἶναι, ὥστε καὶ αὐτοῦ φθορὰ Πυρὸς ἔνδεια· συνέχει γὰρ ἡ θερμότης ἕκαστον ἐν τῷ εἶναι, καὶ ἐπὶ τῆς ἰδίας οὐσίας φυλάττει καθάπερ καὶ τἆλλα, καὶ τὸ ὕδωρ· ἀπέχοντος δὲ καὶ ἐνδεήσαντος σήπεται, καὶ θά-
D νατος ὕδατι καὶ ὄλεθρος, ἐπίλειψις θερμότητος. Ἀμέλει τὰ λιμναῖα καὶ ὅσα στάσιμα τῶν ὑδάτων, καί τινα ἐν ἀδιεξόδοις ἐγκαθήμενα κοιλότησι, μοχθηρὰ καὶ τελευτῶντα σήπεται τῷ κινήσεως ἥκιστα μετέχειν, ἢ τὸ θερμὸν ἐν ἑκάστοις ῥιπίζουσα τηρεῖ· περὶ τὰ μάλιστα φερόμενα καὶ ῥέοντα τῶν ὑδάτων, διὰ τὴν κίνησιν συνεχομένης τῆς θερμότητος· οὕτω καὶ προσαγορεύομεν, ζῆν λέγοντες. Πῶς τοίνυν δυ-

C. 13. ἀπέχοντες δὲ καὶ ἐνδεήσαντες] Forte, ἀπέχον δὲ καὶ ἐνδεῆσαν αὐτῆς. Harl. ἐπέχοντος δὲ καὶ ἐνδημήσαντος, videtur servare reliquias scripturæ probabilis et antiquæ.

D. 3. μοχθηρὰ] Addendum videtur, γίνεται.

D. 4. ἢ τὸ θερμὸν] ἢ pro vulgato ἣ est ex Ald. Bas. Xyl. E.

D. 5. περὶ τὰ—λέγοντες] Forte, ὥσπερ τὰ μάλιστα—θερμότητος, ζῆν λέγοντες, οὕτω καὶ προσαγορεύομεν.

et aridiores montium partes, steriles sint, quam quod Ignis vel nihil, vel parum nanciscuntur?

IX. In universum autem, tantum abest ut Aqua ex sese sufficiat aliis rebus generandis aut conservandis, ut ipsa quoque Igne destituta pereat. Calor enim est, qui quemadmodum ceterarum rerum formam naturamque, ita Aquæ etiam conservat: et calore deficiente, putrescit Aqua: ita ut Aquæ interitus ac quasi mors sit penuria caloris. Nimirum enim palustres Aquæ, et aliæ quæ non profluunt, aut exitu carentibus in cavitatibus inclusæ tenentur, vitiosæ sunt, ac ad extremum putrescunt: quod motum, cujus agitatione calor in rebus fovetur atque conservatur, habet nullum. Contra Aquas quæ maxime feruntur atque concitantur, vivas vocamus, quod in iis calorem motus continet. Quomodo

ὧν οὐκ ὠφελιμώτερον ὃ τῷ ἑτέρῳ τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι παρέσχηκε, καθάπερ τὸ Πῦρ τῷ Ὕδατι; Καὶ μὴν, οὗ παντάπασιν ἀπαλλαγέντος φθείρεται τὸ ζῶον, τοῦτο ὠφελιμώτερον· δῆλον γὰρ ὡς τὸ οὗ στερούμενον οὐκ ἔστιν E
εἶναι, τοῦτο καὶ τὴν αἰτίαν παρέσχηκεν ὅτι ἦν. Ὑγρότης μὲν οὖν καὶ τοῖς τεθνηκόσι πάρεστι, καὶ οὐκ ἐξήρηται παντάπασιν· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐσήπετο τὰ ὑγρὰ τῶν σωμάτων, τῆς σήψεως εἰς ὑγρὸν οὔσης ἐκ ξηροῦ μεταβολῆς, μᾶλλον δὲ ὑγρῶν ἐν σαρκὶ φθορᾶς. Θάνατος δὲ οὐκ ἄλλο τι ἢ ἔλλειψις θερμοῦ παντελής· ψυχρότατοι τοίνυν οἱ νεκροί· καὶ τὰς ἀκμὰς εἴ τις ἐπιχειροίη τῶν ξυρῶν, ἀπαμβλυνοῦσι δι' ὑπερβολὴν ψυχρότητος. Καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ζώῳ F
τὰ ἥκιστα μετέχοντα πυρὸς ἀναισθητότερα, καθάπερ ὀστᾶ καὶ τρίχες, καὶ τὰ πόρρωθεν ἀφεστῶτα τῆς καρδίας· σχεδὸν

E. 5. εἰς ὑγρὸν οὔσης ἐκ ξηροῦ] Sic Ald. Baf. Xyl. Harl. Item, abfente tamen οὔσης, E. G. Venet. Mofc. 1. 2. Colleg. Nov. Vulgo, ἐξ ὑγροῦ οὔσης εἰς ξηρόν.

E. 8. ἐπιχειροίη] T. ἐπιχρίει: quod probo.

E. 8. ξυρῶν] Sic E. pro varia lectione, et Collect. Muret. Vulgo, ξηρῶν.

F. 3. σχεδὸν γὰρ—διαφθορά] Sic Steph. edidit ex Pol. quæ lectio ita purganda eſt, σχεδὸν γὰρ ἡ ἐκ τῆς ἀπουσίας μείζων, ἢ ἐκ τῆς τοῦ πυρὸς παρουσίας,

autem duabus rebus ratione utilitatis comparatis, hæc non præferatur, quæ efficit ut ſit altera? quod quidem Ignis Aquæ confert. Enimvero utilius eſt id, quo prorſus ſummoto animal perit: liquet enim id, quo ſublato res interit, cauſſam fuiſſe ei, ut ſubſiſteret in natura. At humor etiam cadaveribus adeſt, neque omnis aboletur: alioqui non putreſcerent humida corpora: cum putrefactio ſit ſicci in humidum mutatio, aut potius humidi in carne corruptio. Tum ipſa mors nihil eſt aliud, quam omnis caloris privatio; unde fit ut frigidiſſima ſint cadavera, adeo ut ſua frigiditate hebetent acies novacularum admotas. Quinetiam in ipſo animali quæ minimum ſortita ſunt caloris, minus etiam habent ſenſus: ut, verbi gratia oſſa et capilli, et quæ a corde

γὰρ ἡ ἐκ τῆς ἀπουσίας μείζων τῶν ἐκ τῆς τοῦ Πυρὸς τῆς παρουσίας διαφθορά· φυτὰ μὲν γὰρ καὶ καρποὺς οὐχ ἡ ὑγρότης ἀναδίδωσιν, ἀλλ' ἡ θερμὴ ὑγρότης· ἀμέλει τὰ ψυχρὰ τῶν ὑδάτων ἧττον ἢ οὐδ' ὅλως γόνιμα. Καίτοι γε εἰ τῇ αὑτοῦ φύσει τὸ ὕδωρ καρποφόρον, δεῖ πάν-
958 τοτε καὶ καθ' αὑτὸ ἀναφέρειν καρπούς· τὸ δὲ τοὐναντίον, καὶ βλαβερόν ἐστιν.

ί. Ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς. Πρὸς μὲν τὴν τοῦ Πυρὸς ὡς Πυρὸς χρῆσιν, Ὕδατος οὐ προσδεόμεθα, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐμποδὼν γίνεται· κατασβέννυσι γὰρ καὶ διαφθείρει· Ὕδατος δὲ τοῖς πλείστοις χρῆσις οὐκ ἔστιν ἄνευ Πυρός· θερμανθὲν γὰρ ὠφελιμώτερον, ὑπω δὲ βλαβερόν· ὥστε δυεῖν ἄμεινον ὃ ἀφ' ἑαυτοῦ παρέχεται χρείαν, τοῦ ἑτέρου μὴ

γίνεται διαφθορά· ut fere Reisk. Postremum hoc διαφθορὰ, quod recepta lectio desiderat, unus præbuit liber Colleg. Nov. Nam antiqua lectio Ald. Bas. Xyl. E. G. Venet. Mosc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. hæc est, σχεδὸν γὰρ ἡ πρὸς τὰ μείζω τῶν ἐκ τῆς τοῦ πυρὸς γίνεται παρουσίας διαφορά. Paulo aliter Jannot. σχεδὸν γὰρ ἡ πρὸς τὰ ἐκ τῆς ἀπουσίας μείζων τῶν ἐκ τῆς τοῦ πυρὸς γίνεται παρουσίας διαφορά.

F. 8. καρποφόρον, δεῖ] Pol. Jannot. ἦν καρποφόρον, ἔδει.

A. 3. ί. Ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς] Recte Xyl. novi loci exordium facit. Ceteri omnes perperam hæc cum antecedentibus connectunt.

absunt longius. Fere enim major pernicies existit ex absentia, quam ex præsentia Ignis. Stirpes quidem et semina, non humor producit, sed calidus humor: frigidæ enim Aquæ aut minus sunt frugiferæ, aut prorsus steriles. Quod si suapte natura fertilis esset Aqua omnino oportebat ipsam quoque ex sese proferre fructus: illa vero contra, etiam fructibus nocet.

X. Jam alio sumto initio sic raciocinemur. Ad Ignis, quatenus Ignis est, usum Aqua nihil indigemus: imo Aqua usum Ignis impedit, eumque exstinguit atque abolet: in plerisque autem rebus Aqua nisi Igne adjuvante usui non est. Aqua enim calida aptior usibus est, alioqui damnosa. Est vero inter duo illud utilius, quod seorsim suos præbet usus, neque altero indiget.

προσδεόμενον. Ἔτι Ὕδωρ μὲν μοναχῶς ὠφέλιμον κατὰ θίξιν, λουσαμένοις, ἢ ἁψαμένοις· τὸ δὲ Πῦρ, διὰ πάσης αἰσθήσεως· καὶ γὰρ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ πόῤῥωθεν ὁρώμενον, ὥστε προσεῖναι τοῖς ἄλλοις τῆς χρείας αὐτοῦ, καὶ τὴν πολυτέλειαν. B

ια'. Τὸ γὰρ λέγειν ὡς ἔστη ποτὲ ὁ ἄνθρωπος ἄνευ πυρὸς· οὐδὲ ὅλως δύναται γενέσθαι ὁ ἄνθρωπος. Διαφοραὶ δέ εἰσιν ἐν γένει καθάπερ καὶ ἐν ἄλλοις. Καὶ τὴν θάλατταν ἡ θερμότης ὠφελιμωτέραν ἐποίησεν, ὡς μᾶλλον καταφέρει τῶν Ὑδάτων, ἐπεὶ κατ' αὐτὸ τῶν λοιπῶν οὐδὲν διέφερε. Καὶ οἱ μὴ προσδεόμενοι δὲ τοῦ ἔξωθεν Πυ-

A. 10. ἁψαμένοις] Aliud requiritur, πίνουσι vel quid ejusdem sententiæ. Mosc. 2. νιψαμένοις. An ergo corrigendum γευσαμένοις ἢ νιψαμένοις.

A. 11. διὰ τῆς ἁφῆς—ὁρώμενον] Forte, διὰ τῆς ἁφῆς πόῤῥωθεν, καὶ ὁρώμενον.

A. 12. ὥστε προσεῖναι—πολυτέλειαν] E. τὴν χρείαν: ceteri nil dissentiunt a vulgata. Corrigendum puto, ὥστε προσθεῖναι τοῖς ἄλλοις τὴν χρείαν αὐτοῦ, καὶ τὴν πολυωφέλειαν.

B. 2. Τὸ γὰρ λέγειν—ἐν ἄλλοις] Hæc perperam suo loco mota, reponenda sunt inferius inter διέφερε et Καὶ οἱ. In his ἔστη Stephan. dedit ex Jannot. pro ἔστι quod habent Ald. Bas. Xyl. Mosc. 1. 2. Harl. Forte, corrigendum ἔζη. Reliqua non mutem.

B. 4. Καὶ τὴν θάλατταν—διέφερε] Hæc superius reponenda post πολυτέλειαν: at ipsa, corrupta sane, quomodo corrigam non video. Pro καταφέρει, Ald. Bas. Xyl. E. G. Colleg. Nov. καταθέρει. Exempl. T. καταθερῇ. Harl. καταθέρῃ. Mez. καταφερῇ. An ejusmodi conjectura ferenda—ἐποίησεν, ὡς ἅλμην κάτω τρέφειν (vel ὡς δι' ἅλμην καταθερμῇ) ἐπεὶ κατ' αὐτὸ τὸ ὑγρὸν τῶν λοιπῶν ὑδάτων οὐδὲν διέφερε. Reisk. ἐποίησεν, ὥστε μᾶλλον καὶ φέρει: minus, puto, apte ad sententiam.

His accedit, quod solo tactu utilis est Aqua lavantibus aut contrectantibus. Ignis per omnes sensus suam utilitatem spargit: non solo tactu, sed procul etiam visus prodest: ut accedat reliquis ejus utilitatibus multitudo emolumentorum.

XI. Ceterum id falsum est, quod dicitur, aliquos homines sine Igne esse. In universum enim carere eo nullus homo potest: discrimina in hoc genere, ut et aliis in rebus, fatemur esse. Mare autem ut esset utilius, a calore est consecutum: quoniam magis quam aliæ Aquæ a calore afficitur: pro se enim nihil a reliquis differebat Aquis. Qui vero Ignem foris adhiberi sibi non

ρὸς, οὐχ ὡς ἀπροσδεεῖς τούτου πάσχουσιν, ἀλλὰ περιουσίᾳ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ἐν ἑαυτοῖς θερμοῦ· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο ὑπερέχειν τὴν τοῦ Πυρὸς χρείαν, ὡς εἰκός. Τὸ μὲν Ὕδωρ οὐδέποτε τοιοῦτον ὥστε μὴ δεῖσθαι τῆς ἐκτός· τὸ δὲ Πῦρ
C ὑπ᾽ ἀρετῆς πολλῆς, καὶ αὔταρκες. Ὡς οὖν στρατηγὸς ἀμείνων ὁ παρασκευάσας τὴν πόλιν μὴ δεῖσθαι τῶν ἔξωθεν συμμάχων, οὕτω καὶ στοιχεῖον τὸ τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας παρέχον πολλάκις μὴ δεόμενον, ὑπερέχον· τοῦτο ῥητέον καὶ περὶ τῶν ἄλλων ζώων ὅσα μὴ προσδεῖται. Καίτοιγε εἰς τοὐναντίον λάβοι τις ἂν, τὸ χρησιμώτερον εἶναι τοῦτο ᾧ χρώμεθα μόνοι, καὶ μάλιστα τὸ βέλτιον ἐκ λογισμοῦ λαβεῖν δυνάμενοι. Ἐπεὶ τί λόγου χρησιμώτερον, ἢ μᾶλλον ἀνθρώποις λυσιτελέστερον; ἀλλ᾽ οὐ πάρεστι τοῖς ἀλόγοις· τί

C. 4. τοῦτο ῥητέον] Hoc ad antecedentia adjungunt G. Venet. Colleg. Nov. Mosc. 2: et est in aliis etiam libris varietas per hunc locum. Equidem, legam,—*ὑπερέχον τοῦτο ῥητέον. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὅσα μὴ πυρὸς δεῖται, τοῦτό γε εἰς τοὐναντίον λάβοι τις ἄν*—.

C. 8. ἢ μᾶλλον ἀνθρώποις λυσιτελέστερον] De *igne* accipiendum, non de *ratione* nisi putidam iterationem inducere velimus. Igitur corrigam, *ἢ μᾶλλον ἀνθρώπῳ πυρὸς λυσιτελὲς ἕτερον.*

requirunt, non eo id faciunt, quod nihil opus habeant calore: sed ob abundantiam insiti caloris hoc fit: ut hac quoque in parte Ignis priores ferat: quandoquidem Aqua nunquam ea est conditione ut non indigeat externis, virtus sua Ignem seipso facit contentum. Sicut ergo ducem præstantissimum censemus, qui urbem ita instruit, ut externis non indigeat auxiliis: ita hoc quoque elementum dicemus potius, quod efficit, ut plerisque in rebus extra nos nihil desideremus. Quod idem de aliis animalibus, quæ caloris externi non indigent, in contrariam sententiam sic possumus argumentari: Melius id esse, quo soli utimur, ejusque bonitatem ratione percipimus. Alioqui ratione quid conducibilius est homini, quid Igne utilius? Dices: atqui eo carent bruta. Quid, inquam? an propterea minus utilis est,

οὖν, ἀλλὰ τοῦτο ἧττον ὠφέλιμον ἐκ τῆς προνοίας τοῦ βελ- D
τίονος εὑρεθέν;

ιβʹ. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τοῦτο τοῦ λόγου γεγόναμεν, τί τέχνης τῷ βίῳ λυσιτελέστερον; τέχνας δὲ πάσας καὶ ἀνεῦρε τὸ Πῦρ καὶ σώζει· διὸ καὶ τὸν Ἥφαιστον ἀρχηγὸν αὐτῶν ποιοῦσι. Καὶ μὴν ὀλίγου χρόνου καὶ βίου τοῖς ἀνθρώποις δεδομένου, ὁ μὲν Ἀρίστων φησὶν, ὅτι ὁ ὕπνος οἷον τελώνης τὸ ἥμισυ ἀφαιρεῖ τούτου· ἐγὼ δὲ ἂν εἴποιμι ὅτι σκότος ἐγρήγορεν ἀεὶ διὰ νυκτός· ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος τῆς ἐγρηγόρσεως, εἰ μὴ τὸ Πῦρ τὰ τῆς ἡμέρας ἡμῖν παρεῖχεν ἀγαθὰ, καὶ τὴν ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐξῄρει διαφοράν. Εἰ τοίνυν τοῦ ζῆν οὐδὲν ἀνθρώποις λυσιτελέστερον, καὶ τοῦτο πολ- E
λαπλασιάζει τὸ Πῦρ, πῶς οὐκ ἂν εἴη πάντων ὠφελιμώτατον;

ιγʹ. Καὶ μὴν, οὗ πλείστη χρῆσις ἡ τῶν αἰσθήσεων

D. 7. ὁ μὲν Ἀρίστων] Sic E. Harl. Colleg. Nov. Mosc. 1. T. Vulgo, ὡς Ἀρίστων. Venet. Mosc. 2. μὲν Ἀρίστων.

D. 8. ὅτι σκότος] Xyl. et Mez. corrigendum putant ὅτι καὶ εἴ τις. Equidem legendum censeo, ὅτι τὸ σκότος· ἦν γὰρ ἐγρηγορέναι διὰ νυκτός· ἀλλ'—.

inventus ex providentia præstantioris naturæ?

XII. Denique quoniam huc nos oratio deduxit, scire velim quid arti in conferendis ad vitam commoditatibus præstet Aqua. Ignis vero et reperit omnes, et conservat artes: itaque etiam Vulcanum principem ac ducem artium faciunt. Dixit Aristo, *temporis nobis ad vitam dati exigui somnum, quasi vectigalis exactorem, dimidiam auferre partem.* Ego autem sic dico: tenebras hoc facere; quippe si quis vigilaret per totam noctem, nullum fore hujus vigiliæ fructum, nisi Ignis bona nobis diei repræsentaret, noctisque et diei discrimen aboleret. Itaque si nihil homo habet, cui ratione utilitatis vitam postponat, Ignis, qui vitam multiplicat, quomodo non mereatur omnibus anteferri rebus?

XIII. Denique cujus temperiem sensus omnes maxime participant, id haud dubie ar-

μετείληφε, τοῦτ' ἂν εἴη λυσιτελέστερον. Οὐχ ὁρᾷς οὖν ὡς τῇ μὲν ὑγρᾷ φύσει οὐδεμία τῶν αἰσθήσεων κατ' αὐτὴν προσχρῆται, χωρὶς πνεύματος ἢ Πυρὸς ἐγκεκραμένου; τοῦ δὲ Πυρὸς ἅπασα μὲν αἴσθησις, οἷον τὸ ζωτικὸν ἐνεργαζομένου, μετείληφεν, ἐξαιρέτως δὲ ἡ ὄψις, ἥτις ὀξυτάτη τῶν διὰ σώματός ἐστιν αἰσθήσεων, πυρὸς ἔξαμμα οὖσα, καὶ ὅτι θεῶν πίστιν παρέσχηκεν, ἔτι τε, ᾗ Πλάτων φησί, δυνάμεθα κατασχηματίζειν πρὸς τὰς τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ κινήσεις τὴν ψυχὴν διὰ τῆς ὄψεως.

E. 11. καὶ ὅτι θεῶν] Turbatus nexus excerptorem prodit.

bitrari debemus eſſe utiliſſimum. Nonne autem animadvertis humore nullum per ſe uti ſenſum, niſi in ejus temperie ſpiritus aut Ignis ſit admixtus? Omnis autem ſenſus cum Igne, utpote vitalem ingenerante facultatem, habet communionem: maxime omnium viſus, qui acutiſſimus eſt ſenſuum corporis, ignea quædam natura exſiliens cum ſit: et qui fidem nobis fecit eſſe Deos: quo accedat, quod a Platone eſt dictum, viſu animum hoc conſequi, ut ad cœleſtium corporum motuumque ordinem ſe ipſe componere poſſit.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΟΤΕΡΑ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΦΡΟΝΙΜΩΤΕΡΑ, ΤΑ ΧΕΡΣΑΙΑ Η ΤΑ ΕΝΥΔΡΑ.

959 # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΟΤΕΡΑ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΦΡΟΝΙΜΩΤΕΡΑ, ΤΑ ΧΕΡΣΑΙΑ Η ΤΑ ΕΝΥΔΡΑ.

PLUTARCHI

TERRESTRIANE AN AQUATILIA ANIMALIA SINT CALLIDIORA.

B α΄. ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Τὸν Τυρταῖον ὁ Λεωνίδας ἐρωτηθεὶς ποῖόν τινα νομίζοι, "Ἀγαθὸν ποιητὴν," ἔφη, "νέων ψυχὰς καλλύνειν·" ὡς τοῖς νέοις διὰ τῶν ἐπῶν ὁρμὴν ἐμποιοῦντα μετὰ θυμοῦ καὶ φιλοτιμίας, ἐν ταῖς μάχαις ἀφειδοῦσιν αὐτῶν. Δέδια δὴ, ὦ φίλοι, μὴ καὶ τὸ τῆς κυνηγεσίας ἐγκώμιον ἐχθὲς ἀνεγνωσμένον, ἐπάρῃ τοὺς

B. 2. νομίζοι—καλλύνειν] Primo legendum—νομίζοι ποιητὴν, Ἀγαθὸν, ἔφη, v. 1. 2. Deinde animadvertendum καλλύνειν: cujus loco est αἰκάλλειν apud Plut. Vit. Cleomen. p. 809. D. κακανεῖν in Apopht. Lac. 235. F. ubi Mez. corrigit κακκανεῖν, quod in hoc dicto proprium videtur. Var. Lect. Græco-Lat. conjecturam habet, auctoritate signi B, ἀκονεῖν, quam reddidit Amiot.

I. AUTOBULUS. Leonidas interrogatus quid de Tyrtæo sentiret, respondit *se eum existimare poëtam esse bonum ad acuendos adolescentum animos*; quod suis carminibus in his excitaret studium quoddam laudis cum excandescentia conjunctum, et mortis contemtu. Vereor itaque, amici, ne recitata heri venationis laudatio ultra modum

μετεώρους πέρα τοὺς φιλοθήρους ἡμῖν νεανίσκους, ὥστε τἆλλα πάρεργα, καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι, πρὸς τοῦτο παντάπασι ῥυέντας· ὅπου δοκῶ μοι καὶ αὐτὸς ἐκ νέας αὖθις ἀρχῆς παρ' ἡλικίαν ἐμπαθέστερος γεγονέναι, καὶ ποθεῖν ὥσπερ ἡ Εὐριπίδου Φαίδρα

Κυσὶ θωΰξαι
Βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος· C

οὕτως ἔθιγέ μου πυκνὰ καὶ πιθανὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπάγων ὁ λόγος.

Σωκλαρος. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Αὐτόβουλε· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔδοξέ μοι τὸ ῥητορικὸν ἐγεῖραι διὰ χρόνου, χαριζόμενος καὶ συνεαρίζων τοῖς μειρακίοις· μάλιστα δὲ ἥσθην τῶν μονομάχους αὐτοῦ προσαχθέντος, ὡς οὐχ ἥκιστα τὴν θηρευτικὴν ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι τοῦ πεφυκότος ἐν ἡμῖν ἢ μεμαθηκότος χαίρειν μάχαις ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διὰ σιδήρου, τὸ πολὺ δεῦρο τρέψασα, καθαρὰν παρέχει θε-

C. 7. συνεαρίζων] Ita omnes libri: et præfero sane conjecturæ Piersoni ad Moer. p. 77. συνοαρίζων: utrique præferam Reiskii συννεαρίζων.

excitet venandi studiosos de nostris adolescentes; ita ut reliqua omnia obiter tantum et tanquam nullius momenti agenda putent posthac, et huic uni studio se penitus addicant: quando ipse etiam denuo, idque præter ætatem, animo ad eam rem factus commotior mihi videor, et cupere cum Phædra Euripidea

Canibus acclamare,
Diversicolores insectans cervas:

ita me exacuit oratio tam crebris et probabilibus usa argumentationibus.

Soclarus. Vera dicis, O Autobule: videtur enim ille mihi artem dicendi longo post tempore resuscitasse in gratiam adolescentum, et cum iis quasi vernæ delectationi indulsisse. Maxime autem me affecit commemoratio gladiatorum: cum ostenderet haud exiguam laudem deberi venationi, quæ vim animi nostri eam quæ pugnis et ferro inter se commissis hominum certaminibus gaudet (sive natura eam sive disciplina indidit) majori ex parte ad se trahens, purum

D ἂν, ἅμα τέχνης καὶ τόλμης νοῦν ἐχούσης πρὸς ἀνόητον ἰσχὺν καὶ βίαν ἀντιταττομένης, καὶ ἐπαινούσης τὸ Εὐριπίδειον,

Ἦ βραχύ τοι σθένος ἀνέρος·
Ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων
Δαμᾷ φῦλα πόντου
Χθονίων τ' ἀερίων τε παιδεύματα.

β'. ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Καὶ μὴν ἐκεῖθεν, ὦ φίλε Σώκλαρε, φασὶν ἥκειν ἐπ' ἀνθρώπους τὸ ἀπαθὲς καὶ τὴν ἀγριότητα γευσαμένην φόνου, καὶ προεθισθεῖσαν ἐν ταῖς ἄγραις καὶ τοῖς κυνηγεσίοις, αἷμα καὶ τραύματα ζώων μὴ δυσχεραίνειν, ἀλλὰ χαίρειν σφαττομένοις καὶ ἀποθνήσκουσιν.
E Εἶθ' ὥσπερ ἐν Ἀθήναις πρῶτός τις ὑπὸ τῶν Τριάκοντα συκοφάντης ἀποθανὼν ἐπιτήδειος ἐλέχθη, καὶ δεύτερος ὁμοίως καὶ τρίτος, ἐκ τούτου δὲ κατὰ μικρὸν ἤδη προϊόντες, ἥπτοντο τῶν ἐπιεικῶν, καὶ τέλος οὐδὲ

D. 4. Ἦ βραχύ—παιδεύματα] Poteram hos verſus emendatiores exhibere, ſecundum Valckenarium Diatr. p. 146. Sed ſervanda erant vulgatæ veſtigia: itaque Grotii diſtributionem ſecutus ſum, unde ἀερίων dedi pro vulgato ἑανά. Vide ſupra p. 98. D.

E. 4. προϊόντες] Sic E. Mez. et verterunt Amiot. et Xyl. Vulgo, πρωϊόντες.

præbet ſpectaculum artis audaciæque cum prudentia conjunctæ, quæ robori mentis experti opponatur: collaudetque illud Euripideum,

Vires exiguæ ſunt mortalium.
Sed calliditate multiplici
Belluas maris, et terreſtria,
Et ſub cælo volitantia
Omnia homo domat.

II. AUTOBULUS. Enimvero, mi Soclare, inde ferunt inhumanitatem et ſævitiam ad homines veniſſe, cum ii ſe adſuefeciſſent, ſemel guſtu cædium percepto in venationibus, ad ſanguinem et vulnera animantium æquo animo ferenda, gaudendumque iis trucidandis. Deinde, ſicut Athenis primum aliquis ſycophanta a triginta tyrannis necatus, dignus ſupplicio fuit exiſtimatus, itemque ſecundus ac tertius: paulatim deinde ii progreſſi, etiam probos arripuerunt, et ad extremum ne

τῶν ἀρίστων ἀπέσχοντο πολιτῶν· οὕτως ὁ πρῶτος ἄρκτον ἀνελὼν ἢ λύκον, εὐδοκίμησε· καὶ βοῦς τις, ἢ σῦς, αἰτίαν ἔσχε προκειμένων ἱερῶν γευσάμενος, ἐπιτήδειος ἀποθανεῖν· ἔλαφοι δὲ τοὐντεῦθεν ἤδη καὶ λαγωοὶ καὶ δόρκες ἐσθιόμενοι, προβάτων, καὶ κυνῶν ἐνιαχοῦ καὶ ἵππων, κρέα προὐξένησαν· τιθασὸν δὲ χῆνα καὶ

—— περιστερὰν ἐφέστιον οἰκέτιν F

τε Σοφοκλῆς, οὐχ ὡς γαλαῖ καὶ αἴλουροι τροφῆς ἕνεκα διὰ λιμὸν, ἀλλ' ἐφ' ἡδονῇ καὶ ὄψῳ διασπῶντες καὶ κατακόπτοντες ὅσον ἐστὶ τῇ φύσει φονικὸν καὶ θηριῶδες, ἔῤῥωσαν, καὶ πρὸς οἶκτον ἀκαμπὲς ἀπειργάσαντο, τοῦ δὲ ἡμέρου τὸ πλεῖστον ἀπημβλύναν. Ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ Πυθαγορικοὶ τὴν πρὸς τὰ θηρία πρᾳότητα μελέτην ἐποιήσαντο

E. 7. ἐπιτήδειος ἀποθανεῖν] Legendum, vel, ἐπιτήδειος εἶναι ἀποθανεῖν: vel ἐπιτηδείως ἀποθανεῖν: utroque modo, nectendum cum superiore αἰτίαν ἔσχε.

F. 1. οἰκέτιν] Sic Steph. At οἰκέτην omnes libri et editi ante eum, et scripti excepto Veneto, unde nil enotatum varietatis.

F. 2. τε Σοφοκλῆς] Sic Steph. addit: a quo non dissentiunt Excerpta codicum nostrorum B. E. Harl. Venet. Absunt ab Ald. Bas. Xyl. Amiot. Forte corrigendum, τὸ τοῦ Σοφοκλέους—.

ab optimis quidem civibus abstinuerunt injuriam: ita qui primus interfecit ursum aut lupum, laudem invenit: deinde bos aut sus, quod proposita sibi sacra gustasset, caussam suæ necis præbuit: hinc jam cervi, lepores, capreæ esui haberi ceperunt, feceruntque ut oves etiam, et canes adeo alicubi, equique comederentur: denique cicurem anserem, et

Columbam, contubernalem famulam,

ut eam Sophocles appellat, non alimenti caussa et famis sedandæ sicut feles aut æluri, sed voluptati obsonantes cum dilaniarent, quidquid in natura est truculentum et efferum, roboraverunt, et rigidum atque ad misericordiam non flexile reddiderunt: humanitatem autem maxima e parte hebetaverunt. Contra Pythagorei, ut homines ad miserationem et humanitatem condocefacerent, mansuetudi-

πρὸς τὸ φιλάνθρωπον καὶ φιλοικτίρμον. Ἡ γὰρ συνήθεια
960 δεινὴ τοῖς κατὰ μικρὸν ἐνοικειουμένη πάθεσι πόῤῥω προαγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον. Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν λόγοις γεγονότες, λελήθαμεν, εἴτε τῶν χθὲς ἡμῖν γεγονότων, εἴτε τῶν τάχα δὴ γενησομένων σήμερον ἀπηρτημένοι. Καὶ γὰρ ἐχθὲς, ὡς οἶσθα, μετέχειν ἁμωσγέπως πάντα τὰ ζῶα διανοίας καὶ λογισμοῦ, παρέσχομεν οὐκ ἄμουσον οὐδ' ἄχαριν τοῖς θηρατικοῖς νεανίσκοις περὶ συνέσεως θηρίων ἐναλίων τε καὶ πεζῶν ἅμιλλαν, ἣν σήμερον, ὡς ἔοικε, βραβεύσομεν· ἄν γε δὴ ταῖς προκλήσεσιν οἱ περὶ Ἀριστότιμον
B καὶ Φαίδιμον ἐμμείνωσιν· ἐκείνων γὰρ ὁ μὲν, τῆς γῆς ὡς διαφέροντα τῷ φρονεῖν ζῶα γεννώσης, ἐπιδίδου τοῖς ἑταίροις συνήγορον ἑαυτὸν, ὁ δὲ, τῆς θαλάττης.

A. 1. ἐνοικειουμένη] Hæc est vetus lectio Ald. Baf. Xyl. E. P. Vulgo, ἐνοικειουμένως: a quo non dissentiunt B. Harl. Venet. et exstat apud Porphyr. De Abstin. III, 20. qui hinc ac deinceps Plutarchi locum, pauca ad suam ipse orationem mutans, refert a p. 959. F. φονικὸν usque ad p. 963. F.

A. 4. ἀπηρτημένοι] ἀπηρτημένως legendum cum Reiskio.

A. 5. ἰχθὲς] Vel addendum ἀποφαινόμενοι, aut simile: vel legendum τοῖς ἰχθὲς, scilicet λόγοις.

A. 9. Ἀριστότιμον] Sic Ald. Baf. Xyl. E. Harl. P. Vulgo, Ἀριστόδημον.

nem erga bestias meditandam præceperunt. Magnam enim vim consuetudo habet, insinuans se per leves affectiones et paulatim, hominem longe producendi. Verum nescio quo modo in sermones imprudenter inciderimus ejusmodi qui nihil differant ab iis quos et heri habuimus, et hodie mox habebimus. Cum enim heri dixissemus, ut nosti, omnia quodammodo rationis participia esse animalia; venandi studiosis juvenibus non insciti neque invenusti certaminis materiam præbuimus de calliditate marinorum et terrestrium animalium: quod hodie, puto, nobis erit dijudicandum, si quidem pactis stare volent Aristotimus et Phædimus: quorum alter terram solertiora proferre animalia se demonstraturum sociis promisit, alter eam laudem se mari adserturum.

ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ἐμμεμένηκεν, ὦ Αὐτόβουλε, καὶ ὅσον οὔπω πάρεισι· συμπαρασκευαζομένους γὰρ αὐτοὺς ἕωθεν ἑώρων. Ἀλλ', εἰ βούλει, πρὸ τοῦ ἀγῶνος ὅσα τοῖς ἐχθὲς λόγοις προσήκοντα, λεχθῆναι καιρὸν οὐκ ἔσχεν, ἢ σὺν οἴνῳ καὶ παρὰ πότον οὐ μετὰ σπουδῆς ἐλέχθη, πρὸς αὐτοὺς ἀναλαβώμεν. Ἐδόκει γάρ τι πραγματικῶς οἷον ἀντηχεῖν ἐκ τῆς Στοᾶς, "ὡς τῷ θνητῷ τὸ ἀθάνατον ἀντίκειται, καὶ τῷ "φθαρτῷ τὸ ἄφθαρτον, καὶ σώματί γε τὸ ἀσώματον, C "οὕτως ὑπάρχοντι τῷ λογικῷ χρῆναι τὸ ἄλογον ἀντικεῖσθαι καὶ ἀνθυπάρχειν, καὶ μὴ μόνην ἐν τοσαῖσδε "συζυγίαις, ἀτελῆ τήνδε λείπεσθαι καὶ πεπηρωμένην."

γʹ. ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Τίς δέ, ὦ φίλε Σώκλαρε, τοῦτο ἠξίωσεν, ὄντος ἐν τοῖς πράγμασι τοῦ λογικοῦ μὴ εἶναι τὸ ἄλογον; πολὺ γάρ ἐστι καὶ ἄφθονον ἐν πᾶσι τοῖς ψυχῆς ἀμοιροῦσι, καὶ οὐδ' ἔτι ἑτέρας δεόμεθα πρὸς τὸ

B. 6. προσήκοντα, λεχθῆναι] Ita diſtinxi et omiſſa in Latinis ſupplevi. Vulgo, προσήκοντα λεχθῆναι.
C. 8. οὐδ' ἔτι] Porphyr. οὐδέν. Jun. οὐδέν τι.

SOCLARUS. Illi vero perſiſtunt, O Autobule, in eo quod in ſe receperunt, ac ſtatim aderunt; prima enim luce vidi eos ſe parare. Sed ſi placet, ante illud certamen, ea quæ heri, licet conjuncta cum diſputationis argumento, tamen vel tempeſtive dici non potuerunt, vel inter pocula minus ſerio tractata ſunt, jam inter nos repetamus. Videbatur enim quidpiam e Stoa quaſi reſonare et occlamari efficaciter, *Mortali ut opponitur immortale, et interitus capaci interitus expers, corpori incorporeum; ita, cum ſit ratione præditum aliquid, debere etiam opponi brutum aliquid; ne de tot ſeriebus contrariorum inter ſe comparatorum hæc ſola imperfecta maneat atque mutila.*

III. AUTOBULUS. Quis vero, mi Soclare, hoc poſtulavit, ut cum ſit ratione præditum in rebus, negetur eſſe aliquid ratione carens? brutarum enim rerum abunde eſt in omnibus animæ expertibus, neque alia indigemus re, quam

λογικοῦ ἀντιθέσεως, ἀλλὰ πᾶν εὐθὺς τὸ ἄψυχον ὡς ἄλογον καὶ ἀνόητον ἀντιτάττεσθαι τῷ μετὰ ψυχῆς λόγον ἔχοντι καὶ διάνοιαν. Εἰ δέ τις ἀξιοῖ μὴ κολοβὸν εἶναι τὴν φύσιν, ἀλ-
D λὰ τὴν ἔμψυχον φύσιν ἔχειν, τὸ μὲν, λογικὸν, τὸ δὲ, ἄλογον· ἕτερος ἀξιώσει τὴν ἔμψυχον φύσιν ἔχειν, τὸ μὲν, φανταστικὸν, τὸ δὲ, ἀφαντασίαστον, καὶ τὸ μὲν, αἰσθητικὸν, τὸ δὲ, ἀναίσθητον· ἵνα δὴ τὰς ἀντιζύγους ταύτας καὶ ἀντιθέτους ἕξεις καὶ στερήσεις περὶ ταυτὸν ἡ φύσις ἔχοι γένος οἷον ἰσορροπούσας. Εἰ δὲ ἄτοπος ὁ ζητῶν τοῦ ἐμψύχου τὸ μὲν, αἰσθητικὸν, τὸ δὲ, ἀναίσθητον εἶναι, καὶ τὸ μὲν, φανταστικὸν, τὸ δὲ, ἀφαντασίαστον, ὅτι πᾶν τὸ ἔμψυχον αἰσθητικὸν εὐθὺς εἶναι καὶ φανταστικὸν πέφυκεν· οὐδ' ὅπως ἐπιεικῶς ἀπαιτήσει τὸ μὲν λογικὸν εἶναι τοῦ ἐμψύχου, τὸ δὲ ἄλογον, πρὸς ἀνθρώπους διαλεγόμενος μηδὲν οἰομένους αἰσθήσεως μετέχειν, ὃ μὴ
E καὶ συνέσεως, μηδὲ εἶναι ζῷον ᾧ μὴ δόξα τις καὶ λογισμὸς,

D. 9. οὐδ' ὅπως] Legendum οὐδ' οὕτως ut monitum a Mez. et Reisk.
D. 10. ἄλογον, πρὸς] Inter has duas voces E. habet lacunam octo fere literarum. At ceteri omnes libri et Porphyr. cum vulgata consentiunt.

opponamus ratione præditæ; cum omne, quod anima caret ac mente, adversum ei collocare liceat quod cum anima rationem est nactum. Quod si quis postulet, ne Natura sit manca, debere animatorum alia rationem habere, alia esse bruta; invenietur qui eodem jure flagitet, animalium alia debere esse vi imaginandi prædita, alia ea carere; alia sensum habere, alia non habere: scilicet ut oppositas habitibus istis privationes æqualibus veluti momentis natura habeat. Quod si hæc postulare absurdum est, cum quodvis animal simul et sentiendi et imaginandi vim nanciscatur; ne hoc quidem recte postulabitur, esse animalium alia ratione prædita, alia bruta: idque ab iis hominibus qui nihil sentire putent, quod non etiam intelligat: neque animal censeant, cui non ut sensus et appetentia, ita etiam opinandi et ra-

ὥσπερ αἴσθησις καὶ ὁρμὴ κατὰ φύσιν πάρεστιν. Ἡ γὰρ φύσις ἣν ἕνεκά του καὶ πρός τι πάντα ποιεῖν, ὀρθῶς λέγουσιν, οὐκ ἐπὶ ψιλῷ τῷ πάσχοντι αἰσθάνεσθαι τὸ ζῶον αἰσθητικὸν ἐποίησεν· ἀλλ' ὄντων μὲν οἰκείων πρὸς αὐτὸ πολλῶν, ὄντων δὲ ἀλλοτρίων, οὐδὲ ἀκαρὲς ἦν περιεῖναι, μὴ μαθόντι τὰ μὲν φυλάττεσθαι, τοῖς δὲ συμφέρεσθαι. Τὴν μὲν οὖν γνῶσιν ἀμφοῖν ὁμοίως ἡ αἴσθησις ἑκάστῳ παρέχει· τὰς δὲ ἐπιθυμίας F τῇ αἰσθήσει, τῶν μὲν ὠφελίμων λήψεις καὶ διώξεις, διακρούσεις δὲ καὶ φυγὰς τῶν ὀλεθρίων καὶ λυπηρῶν, οὐδεμία μηχανὴ παρεῖναι τοῖς μὴ λογίζεσθαί τι καὶ κρίνειν καὶ μνημονεύειν καὶ προσέχειν πεφυκόσιν· ἀλλ' ὧν ἂν ἀφέλῃς παντάπασι προσδοκίαν, μνήμην, πρόθεσιν, παρασκευήν, τὸ ἐλπίζειν, τὸ δεδοικέναι, τὸ ἐπιθυμεῖν, τὸ ἀσχάλλειν, οὔτε ὀμμάτων ὄφελος οὐδὲν αὐτοῖς παρόντων, οὔτε

E. 3. ἕνεκά του] Ita scribendum fuit et habent exempla Porphyr. Vulgo, ἕνεκα τοῦ.
E. 4. πάσχοντι] Aliud requiritur: vel cum Porphyr. πάσχειν καί: vel cum Mez. πάσχειν τι καί: vel cum Reisk. πάσχων τι.
F. 4. παρεῖναι] Addidi ex Porphyr.
F. 5. ὧν ἂν ἀφέλῃς] ἂν additum ex B. et Porphyr.

tiocinandi vis insit. Etenim Natura, quam isti finis certi gratia omnia facere probe dicunt, non eo animal sentiens creavit, ut duntaxat afficeretur sentiendo. Sed, cum multa sint naturæ ejus convenientia, multa adversa; non poterat vel momentum temporis incolumitatem suam tueri, nisi quædam fugere, alia consectari nosset. Utrorumque porro cognitionem sensus unicuique animalium perinde præbet: quæ vero sequuntur sensum appetitiones et apprehensiones utilium, perniciosorumque et molestorum aversationes, nullo pacto cadere in ea queunt, quæ ratiocinari, judicare, meminisse, et animadvertere non possunt. Imo quibus exspectationem, memoriam, propositum, apparationem, spem, metum, cupiditatem, moleste ferre, ademeris: iis nullo usui erunt oculi, aures, omnes sensus, om-

ἄπαν· αἰσθήσεώς τε πάσης καὶ φαντασίας, τὸ χρώμενον οὐκ ἐχούσης, ἀπηλλάχθαι βέλτιον ἢ πονεῖν καὶ λυπεῖσθαι καὶ
961 ἀλγεῖν, ᾧ διακρούσεται ταῦτα μὴ παρόντος. Καίτοι Στράτωνός γε τοῦ φυσικοῦ λόγος ἐστὶν, ἀποδεικνύων ὡς οὐδ' αἰσθάνεσθαι τοπαράπαν ἄνευ τοῦ νοεῖν ὑπάρχει· καὶ γὰρ γράμματα πολλάκις ἐπιπορευομένους τῇ ὄψει, καὶ λόγοι προσπίπτοντες τῇ ἀκοῇ διαλανθάνουσιν ἡμᾶς καὶ διαφεύγουσι πρὸς ἑτέροις τὸν νοῦν ἔχοντας· εἶτα αὖθις ἐπανῆλθε καὶ μεταθεῖ καὶ μεταδιώκει τῶν προϊεμένων ἕκαστον ἀναλεγόμενος. Ἧ, καὶ λέλεκται,

Νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δὲ ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά·

ὡς τοῦ περὶ τὰ ὄμματα καὶ ὦτα πάθους, ἂν μὴ παρῇ τὸ
B φρονοῦν, αἴσθησιν οὐ ποιοῦντος. Διὸ καὶ Κλεομένης ὁ βασιλεὺς παρὰ πότον εὐδοκιμοῦντος ἀκροάματος, ἐρωτηθεὶς εἰ οὐ φαίνεται σπουδαῖον, ἐκέλευσεν, "ἐκείνους σκο-

A. 4. ἐπιπορευομένους] Sic et Porphyr. et omnes noſtri libri Ald. Baſ. Xyl. B. E. Harl. Venet. At Steph. neſcio quare et unde, ἐπιπορευόμενα.
A. 9. τὰ δὲ ἄλλα] Mez. τ' ἄλλα, recte: ut exſtat ap. Theodoret. De Cur. Gr. Aff. I. p. 478. D. T. IV. Opp. et monitum ab aliis.

nis imaginatio, cum non habeant qui utantur iis: præſtatque iis carere, quam doloribus et moleſtia affici, cum non ſit declinandi inſtrumentum. Stratonis etiam Phyſici exſtat oratio, qua *ſine intelligentia ſentiri omnino nihil poſſe* demonſtrat: nam ſæpenumero dum ſcripturam aliquam oculis percurrimus, ſermones adeo nobis ad aures accidunt, ita ut non animadvertantur, ſed fallant et effugiant, animo noſtro in aliud intento: deinde redit animus ac repetit et inſequitur, quæ ante erant prætermiſſa: unde etiam dictum eſt,

Mens videt, mens audit, reliqua omnia cæca et ſurda:

ſcilicet quia affectio aurium, aut oculorum, ſenſum nullum adfert, intelligentia abſente. Itaque Cleomenes rex cum in convivio laudaretur quoddam carmen, interrogatus an ſibi videretur eſſe præclarum, *Vos,*

"πεῖν, αὐτὸν γὰρ ἐν Πελοποννήσῳ τὸν νοῦν ἔχειν." Ὅθεν
ἀνάγκη πᾶσιν οἷς τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ νοεῖν ὑπάρ-
χειν, εἰ τῷ νοεῖν αἰσθάνεσθαι πεφύκαμεν. Ἔστω δὲ μὴ
δεῖσθαι τοῦ νοῦ τὴν αἴσθησιν πρὸς τὸ αὐτῆς ἔργον, ἀλλ' ὅταν
γε τῷ ζώῳ πρὸς τὸ οἰκεῖον καὶ τὸ ἀλλότριον ἡ αἴσθησις
ἐνεργασαμένη διαφορὰν ἀπέλθῃ, τί τὸ μνημονεῦόν ἐστιν
ἤδη, καὶ δεδιὸς τὰ λυποῦντα, καὶ ποθοῦν τὰ ὠφέλιμα, καὶ
μὴ παρόντων, ὅπως παρέσται μηχανώμενον ἐν αὐτοῖς, καὶ
παρασκευαζόμενον ὁρμητήρια καὶ καταφυγὰς, καὶ θήρατρα C
πάλιν αὖ τοῖς ἁλωσομένοις, καὶ ἀποδράσεις τῶν ἐπιτι-
θεμένων; Καίτοιγε κἀκεῖνοι λέγοντες ἀποκναίουσιν, ἐν
ταῖς εἰσαγωγαῖς ἑκάστοτε τὴν πρόθεσιν ὁριζόμενοι σημείωσιν
ἐπιτελειώσεως, τὴν δ' ἐπιβολὴν ὁρμὴν πρὸ ὁρμῆς, πα-
ρασκευὴν δὲ πρᾶξιν πρὸ πράξεως, μνήμην δὲ κα-

C. 3. Καίτοιγε] Sic Leonic. Schott. Anon. T. V. B. Vulgo, Καὶ ταυτί γε. Porphyr. ἢ ταυτί γε.

C. 5. ἐπιτελειώσεως] Sic B. E. Porphyr. Vulgo, ἐπὶ τελειώσεως.

aiebat, *videritis isthuc, mihi animus erat in Peloponneso.* Proinde si natura ita est comparatum, ut intelligendo sentiamus; necesse est, omnia quæ sentiunt, intelligere. Atque etiam, ut demus hoc, sensum ad suum munus perficiendum intelligentia opus non habere; ubi præterierit sentiendi actio posteaquam animal ita movit, ut ejus aliquid intersit inter res vel congruentes cum natura ipsius vel ab ea alienas; quid porro est quod memoria id retineat, quod metuat ei a nocituris, desideret profutura, consectetur que ea, siquidem absint, iisque paret receptacula, suffugia, tum eorum quæ capi possint indagines moliatur, et declinationes insidiantium? Atqui in Introductionibus quas vocant suis illi ad satietatem usque inculcant subinde, *propositum* esse indicationem perfectionis, definientes: *aggressionem*, impetum ante impetum: *apparatum*, actionem quæ actioni antecedat: *memoriam*, comprehensionem

πάλιν ἀξιώματος παρεληλυθότος, οὗ τὸ παρὸν ἐξ αἰσθήσεως κατελήφθη· τούτων γὰρ οὐδὲν ὅ, τι μὴ λογικόν ἐστι, καὶ πάντα τοῖς ζώοις ὑπάρχει πᾶσιν· ὥσπερ ἀμέ-
D λει καὶ τὰ περὶ τὰς νοήσεις, ἃς ἐναποκειμένας μὲν ἐννοίας καλοῦσι, κινουμένας δὲ διανοήσεις. Τὰ δὲ πάθη σύμπαντα κοινῶς κρίσεις φαύλας καὶ δόξας ὁμολογοῦντες εἶναι, θαυμαστὸν ὅτι δὴ παρορῶσιν ἐν τοῖς θηρίοις ἔργα καὶ κινήματα, πολλὰ μὲν θυμῶν, πολλὰ δὲ φόβων, καὶ ναὶ μὰ Δία φθόνων καὶ ζηλοτυπιῶν· αὐτοὶ δὲ καὶ κύνας ἁμαρτάνοντας καὶ ἵππους κολάζουσιν, οὐ διακενῆς, ἀλλ' ἐπὶ σωφρονισμῷ, λύπην δι' ἀλγηδόνος ἐμποιοῦντες αὐτοῖς, ἣν μετάνοιαν ὀνομάζομεν. Ἡδονῆς δὲ τῷ μὲν δι' ὤτων ὄνομα κήλησίς ἐστι, τῷ δὲ δι' ὀμμάτων γοητεία·
E χρῶνται δὲ ἑκατέροις ἐπὶ τὰ θηρία· κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς, καὶ τοὺς παγούρους ἐκ τῶν

D. 6. φθόνων καὶ ζηλοτυπιῶν] Sic Porphyr. Vulgo, φθόνου καὶ ζηλοτυπίας. Harl. φθόνων καὶ ζηλοτυπίας. B. φθόνους καὶ ζηλοτυπίας: quibus vestigia servantur receptæ a nobis lectionis.

D. 9. τῷ μὲν—τῷ δὲ] Recepi ab Harl. Vulgo, τὸ μὲν—τὸ δέ.

præteriti alicujus pronunciati, quod præsens sensu fuerit conceptum. Hæc vero omnia cum intelligentia sunt conjuncta, omniaque omnibus conveniunt animalibus: sicut nimirum etiam notiones, quas, intus repositæ dum sunt, *notitias*, ubi in motu sunt, *intelligentias* vocant. Jam cum fateantur animi perturbationes omnino omnes esse falsas opiniones et prava judicia; mirari subit, ab iis præteriri animalium acta et motus, iræ, metus, invidiæ, adeoque odia etiam atque obtrectationes: quid, quod canes ipsi equosque peccantes plectunt? non quidem frustra, sed castigandi gratia, dolore iis ægritudinem inferentes, quam *pœnitentiam* vocant. Porro voluptas quæ auribus percipitur, delectatio est seu pellacia: quæ oculis, præstigiæ: utroque interim genere adversum animalia utuntur. Illiciuntur enim ac deliniuntur cervi et equi fistulis atque tibiis: et paguros

χηραμῶν ἀνακαλοῦνται βιαζόμενοι ταῖς φώτιγξι, καὶ τὴν θρίσσαν ᾀδόντων καὶ κροτούντων ἀναδύεσθαι καὶ προϊέναι λέγουσιν· ὁ δὲ ὦτος αὖ πάλιν ἁλίσκεται γοητευόμενος, ὀρχουμένων ἐν ὄψει μεθ' ἡδονῆς ἅμα ῥυθμῷ γλιχόμενος τοὺς ὤμους εὖ διαφέρειν. Οἱ δὲ περὶ τούτων ἀβελτέρως λέγοντες, μήτε ἥδεσθαι, μήτε θυμοῦσθαι, μήτε φοβεῖσθαι, μήτε παρασκευάζεσθαι τὴν ἀηδόνα, μήτε μνημονεύειν τὴν μέλιτταν, καὶ ὡσανεὶ θυμοῦσθαι τὸν λέοντα, καὶ ὡσανεὶ φοβεῖσθαι τὴν ἔλαφον, οὐκ οἶδα τί χρήσονται τοῖς λέ- F
γουσι μηδὲ βλέπειν μηδὲ ἀκούειν, ἀλλ' ὡσανεὶ βλέπειν αὐτά, καὶ ὡσανεὶ ἀκούειν· μηδὲ φωνεῖν, ἀλλ' ὡσανεὶ φωνεῖν· μηδὲ ὅλως ζῆν, ἀλλ' ὡσανεὶ ζῆν· ταῦτα γὰρ οὐ μᾶλλον ἐκείνων ἐστὶ λεγόμενα παρὰ τὴν ἐνάργειαν, ὡς ἐγὼ πείθομαι.

E. 9. παρασκευάζεσθαι—θυμοῦσθαι] Locus ad ſenſum, ut videtur, integer, ſed inſigni vexatus varietate lectionis. Porphyr.—παρασκευάζεσθαι μήτε μνημονεύειν, ἀλλ' ὡσανεὶ μνημονεύειν τὴν μέλιτταν καὶ ὡσανεὶ παρασκευάζεσθαι την χελιδόνα, καὶ ὡσανεὶ θυμοῦσθαι. Harl. παρασκευάζεσθαι, μήτε μνημονεύειν ἀλλ' ὡσανεὶ μνημονεύειν τὴν μέλιτταν, καὶ ὡσανεὶ παρασκευάζεσθαι τὴν χελιδόνα, καὶ ὡσανεὶ θυμοῦσθαι. B. παρασκευάζεσθαι, μήτε μνημονεύειν τὴν μέλιτταν, καὶ ὡσανεὶ παρασκευάζεσθαι τὴν χελιδόνα, καὶ ὡσανεὶ θυμοῦσθαι—: et ſic item habent, niſi quod τὴν ἀηδόνα etiam ſervant, Venet. Pol. Jannot.

vi e ſaxorum cavernis eliciunt lotinæ fiſtulæ cantu: ac thriſſam (ſive hæc aloſa eſt) cantando plaudendoque protrahi aiunt. Rurſum præſtigiis otus capitur, videns ſaltantes coram homines in numerum, et ipſe geſtiens ſuas ſcapulas belle jactare. Ceterum qui etiam ſtolidius his de rebus loquentes, neque delectari neque iraſci, neque metuere animalia aiunt: neque parare ſe luſciniam, neque recordari apem, ſed *veluti iraſci* leonem, et *veluti metuere ſibi* cervum: neſcio quid reſponſuri ſint iis, qui animalia etiam non videre, non audire, non vocem emittere, ſed veluti videre, veluti audire, veluti vocem edere, denique omnino non vivere, ſed duntaxat veluti vivere dicerent: nam, ut ego ſentio, hæc non magis evidentiæ quam iſta repugnant.

δ'. Σωκλαρος. Κἀμὲ τοίνυν, ὦ Αὐτόβουλε, ταῦτά γε τίθει πειθόμενον. ὅταν δὲ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤθεσι καὶ
962a βίοις καὶ πράξεσι, καὶ διαίταις τὰ τῶν ζώων παρατιθεὶς, ἄλλην τε πολλὴν ἐνορῶ φλαυρότητα, καὶ τῆς ἀρετῆς, πρὸς ἣν ὁ λόγος γέγονε, μηδένα ἐμφαινόμενον στοχασμὸν αὐτῶν μηδὲ προκοπὴν μηδὲ ὄρεξιν, ἀπορῶ πῶς ἡ φύσις ἔδωκε τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ τέλος ἐξικέσθαι μὴ δυναμένοις.

Αυτοβουλος. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδὲ αὐτοῖς ἐκείνοις, ὦ Σώκλαρε, τοῖς ἀνδράσιν ἄτοπον εἶναι δοκεῖ· τὴν γοῦν πρὸς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίαν, ἀρχὴν μὲν ἡμῖν κοινωνίας καὶ δικαιοσύνης τιθέμενοι, πολλὴν δὲ τοῖς ζώοις καὶ ἰσχυρὰν ὁρῶντες παροῦσαν, οὔ φασιν αὐτοῖς οὐδὲ ἀξιοῦσι
B μετεῖναι δικαιοσύνης· ἡμιόνοις δὲ τῶν γεννητικῶν μορίων οὐδὲν ἐνδεῖ, καὶ γὰρ αἰδοῖα καὶ μήτρας καὶ τὸ χρῆσθαι μεθ'

F. 8. ὅταν δὲ—αὐτῶν] Hæc correcta exhibemus partim ex Porphyrio, partim e codicibus ſcriptis: ὅταν eſt ex Porph. παρατιθεὶς ex eodem et Harl. ἐνορῶ ex Porph. ἐμφαινόμενον ex B. Vulgo, τὸ δὲ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤ. κ. β. κ. π. κ. δ. τ. τ. ζ. παρατιθέναι, ἄλλην τε πολλὴν ἐν ὅλῳ φλαυρότητα, κ. τ. ἀ. π. ἣν ὁ λ. γ. μηδένα ἐμφαινομένην στοχασμὸν αὐτῶν—.

IV. Soclarus. Me itaque, Autobule, hæc ita ſentientem pone. At quando humanis moribus, vitis, ſtudiis, vivendi rationibus bruta comparans, cum aliam multam in brutis negligentiam ac temeritatem animadverto, tum nullam ſignificationem appetentiæ ac progreſſionis ad virtutem ad quam adipiſcendam ipſa ratio ſpectat: hæc igitur animadvertens, dubito an natura illis dederit principium, id eſt rationem, quum ad finem, id eſt virtutem, pervenire nequeant.

Autobulus. Enimvero, mi Soclare, hoc illi pro abſurdo non habent. Nam cum id ſtatuant, dilectionem prolis noſtram, principium ſocietatis humanæ et juſtitiæ eſſe: reliquis animalibus, in quibus eſſe vehementem eam adfectionem vident, nihilominus pernegant juſtitiæ quicquam ineſſe: et mulis nulla ad procreationem facientia deſunt membra, cum genitalia ute-

ἡδονῆς τούτοις ἔχουσι, πρὸς τὸ τέλος οὐκ ἐξικνοῦνται τῆς γενέσεως. Σκόπει δὲ ἄλλως μὴ καταγέλαστοι ὦσι τοὺς Σωκράτεις καὶ τοὺς Πλάτωνας οὐδὲν ἐλαφροτέρᾳ κακίᾳ τοῦ τυχόντος ἀνδραπόδου συνεῖναι φάσκοντας, ἀλλ' ὁμοίως ἄφρονας εἶναι καὶ ἀκολάστους καὶ ἀδίκους, εἶτα τῶν θηρίων αἰτιᾶσθαι τὸ μὴ καθαρὸν μηδὲ ἀπηκριβωμένον πρὸς ἀρετήν, ὥσπερ οὐχὶ φαυλότητα λόγου καὶ ἀσθένειαν, καὶ ταύτην κακίαν ὁμολογοῦντας εἶναι λογικήν, ἧς πᾶν θηρίον ἀναπέπλησται· καὶ γὰρ δειλίαν πολλοῖς καὶ C ἀκολασίαν, ἀδικίαν τε καὶ κακοήθειαν ὁρῶμεν ὑπάρχουσαν. Ὁ δὲ ἀξιῶν τὸ μὴ πεφυκὸς ὀρθότητα λόγου δέχεσθαι, μηδὲ λόγον δέχεσθαι φύσει, πρῶτον μὲν οὐδὲν διαφέρει τοῦ μήτε πίθηκον αἴσχους φύσει μετέχειν, μήτε χελώνην βραδυτῆτος, ἀξιοῦντος, ὅτι μηδὲ κάλλους ἐπιδεκτικὰ μη-

B. 5. Σωκράτεις] Ald. Bas. Steph. et duae priores Graeco-Lat. Σωκράτας. Ceteri libri, recte, ut edidimus.

B. 6. φάσκοντας] Non quidem, ut vitiosum, repudiandum: sed minus probandum quam φάσκειν.

C. 2. ὑπάρχουσαν] Mez. ἐνυπάρχουσαν.

rosque habeant, et in coïtu voluptatem etiam persentiant: neque tamen illi genus suum propagant. Sed et hoc consideres velim, an non ridiculi sint, qui Socratem et Platonem non in minore esse vitio pronunciantes quam quodvis mancipium ac tantundem stultos, intemperantes, injustos: porro animalium culpant naturam ut non satis puram, neque absolute ad virtutes elaboratam; quasi vero pravitas et imbecillitas rationis ab ipsis illis non ponatur inter vitia rationis, quibus plena sunt omnia animalia, quorum timiditas, intemperantia, injustitia, et malitia in sensus nostros plerunque incurrunt. Qui vero statuit, id, quod Natura non sit capax rectae rationis, ne rationis quidem esse capax Natura; is primum perinde facit, ac si simiae turpitudinem, testudini tarditatem neget a natura ingenitam, quia pulchritudinis illa, haec celeritatis non est capax. Deinde

δὲ τάχους ἐστίν· ἔπειτα τὴν διαφορὰν ἐμποδὼν οὖσαν οὐ συνορᾷ· λόγος μὲν γὰρ ἐγγίνεται φύσει, σπουδαῖος δὲ λόγος καὶ τέλειος, ἐξ ἐπιμελείας καὶ διδασκαλίας διὰ τοῦ λογικοῦ πᾶσι τοῖς ἐμψύχοις μέτεστιν· ἣν δὲ ζητοῦσιν ὀρ-
D θότητα καὶ σοφίαν, οὐδὲ ἄνθρωπον εἰπεῖν κεκτημένον ἔχουσιν. Ὥσπερ δὲ ὄψεώς ἐστι πρὸς ὄψιν διαφορά, καὶ πτήσεως πρὸς πτῆσιν, (οὐ γὰρ ὁμοίως ἱέρακες βλέπουσι καὶ τέττιγες, οὐδὲ ἀετοὶ πέτανται καὶ πέρδικες) οὕτως οὐδὲ παντὶ λογικῷ μέτεστιν ὡσαύτως τῆς εὐηρμένης τὸ ἄκρον εὐστροφίας καὶ ὀξύτητος· ἐπεὶ δείγματά γε πολλὰ κοινωνίας καὶ ἀνδρείας καὶ τοῦ πανούργου περὶ τοὺς πορισμοὺς καὶ τὰς οἰκονομίας, ὥσπερ αὖ καὶ τῶν ἐναντίων, ἀδικίας, δειλίας, ἀβελτηρίας ἔνεστιν αὐτοῖς. Καὶ μαρτυρεῖ τὸ νυνὶ πεποιηκὸς ἐν
E τοῖς νεανίσκοις τὴν ἅμιλλαν· ὡς γὰρ οὔσης τινὸς διαφορᾶς, οἱ μὲν τὰ χερσαῖά φασιν, οἱ δὲ τὰ θαλάσσια, μᾶλλον

D. 2. Ὥσπερ δὲ ὄψεως] δὲ addidimus ex Pol. Jannot. minoris eſt auctoritatis, quamvis ipſum probum ad orationis bonitatem et lectionis veriſimilitudinem, ὡς γὰρ Mez.

diſcrimen in promtu ſitum non animadvertit: nam ratio Natura ineſt: perfecta ratio et virtute prædita, induſtriæ ac diſciplinæ debetur. Quo fit, ut quodvis animal rationis ſit particeps: quam autem iſti requirunt ejus rectitudinem ac ſapientiam, nullus eſt homo, in quo eam eſſe queant dicere. Verum ut viſus viſui, volatus volatui præſtat: (non enim accipiter et cicada æque vident, neque ita aquilæ volant ut perdices) ita etiam non omne rationis particeps perinde ſummam calliditatem atque celeritatem intelligendi nanciſcitur. Alioqui documenta in animalibus exſtant multa ſocietatis, fortitudinis, et in parandis rebus neceſſariis ac tutanda familia verſutiæ: ſicut et contra injuſtitiæ, timiditatis, fatuitatis. Atque hoc teſtatur cauſſa, quæ noſtris adoleſcentibus ſui certaminis exſtitit: quod, ut exſtante diſcrimine aliquo, alter terrena, alter aquatilia ani-

προσῆχθαι φύσει πρὸς ἀρετήν· ὃ δὴ καὶ δῆλόν ἐστι, παραβαλλομένων πελαργοῖς ἵππων ποταμίων· οἱ μὲν γὰρ τρέφουσι τοὺς πατέρας, οἱ δὲ ἀποκτεννύουσιν, ἵνα τὰς μητέρας ὀχεύωσι· καὶ περιστεραῖς περδίκων· οἱ μὲν γὰρ ἀφανίζουσι τὰ ᾠὰ καὶ διαφθείρουσι τὰς θηλείας, ὅταν ἐπῳάζωσιν, οὐ προσδεχομένας τὴν ὀχείαν, οἱ δὲ καὶ διαδέχονται τὴν ἐπιμέλειαν, ἐν μέρει θάλποντες τὰ ᾠά, καὶ ψωμίζουσι πρότεροι τὰ νεόττια, καὶ τὴν θήλειαν, ἐὰν πλείονα χρό- F νον ἀποπλανηθῇ, κόπτων ὁ ἄρρην, εἰσελαύνει πρὸς τὰ ᾠὰ καὶ τοὺς νεοττούς. Ὄνοις δὲ καὶ προβάτοις Ἀντίπατρος ἐγκαλῶν ὀλιγωρίαν καθαριότητος, οὐκ οἶδα πῶς παρῆλθε τὰς λύγκας καὶ τὰς χελιδόνας, ὧν αἱ μὲν ἐκτοπίζουσι παντάπασι κρύπτουσαι καὶ ἀφανίζουσαι τὸ λυγγούριον, αἱ δὲ χελιδόνες ἔξω στρεφομένους διδάσκουσι τοὺς νεοττοὺς ἀφιέναι τὸ περίττωμα. Καίτοι διὰ τί δένδρον δένδρου οὐ λέγομεν ἀμαθέστερον, ὡς κυνὸς πρόβατον; οὐδὲ λαχάνου λάχανον ἀνανδρότερον, ὡς ἔλαφον

malia contenderet a Naturâ plus ad virtutem adjumenti accepiſſe. Quod ſane liquet, ſi cum ciconiis compares fluviales equos; illæ enim patres ſuos alunt, hi, ut cum matribus coïre poſſint, eos necant: item columbas cum perdicibus; nam alterius generis mares ova perdunt, fœmellaſque corrumpunt, non admittentes marem dum incubant, alteri partem curæ in ſe recipiunt fovendis ovis, primique pullos cibant, et fœmellam, ſi diutius evagetur, mas roſtro tundens ad ova et pullos compellit. Antipater vero ovibus et aſinis neglectionem munditiæ exprobrans, neſcio cur lynces præterierit et hirundines; nam lynces lyncurium ſuum plane e medio removent occultantque, hirundines pullos ſuos docent foras averſos excernere. Et vero quid cauſſæ eſt, cur arborem arbore non dicamus minus docilem, ut ovem cane? aut olus olere timidius, ut cervum leone? nimirum,

963 λέοντος; ἢ καθάπερ ἐν τοῖς ἀκινήτοις ἕτερον ἑτέρου βραδύτερον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ μικροφωνότερον ἐν τοῖς ἀναύδοις, οὕτως οὐδὲ δειλότερον, οὐδὲ νωθέστερον, οὐδὲ ἀκρατέστερον, οἷς μὴ φύσει πᾶσιν ἡ τοῦ φρονεῖν δύναμις, ἄλλοις δὲ ἄλλως κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον παροῦσα, τὰς ὁρωμένας διαφορὰς πεποίηκεν.

έ. ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ἀλλὰ θαυμαστὸν ὅσον ἄνθρωπος εὐμαθείᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ καὶ τοῖς περὶ δικαιοσύνην καὶ κοινωνίαν διαφέρει τῶν ζώων.

ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Καὶ γὰρ ἐκείνων, ὦ ἑταῖρε, πολλὰ τοῦτο μὲν μεγέθει καὶ ποδωκείᾳ, τοῦτο δὲ ὄψεως ῥώμῃ καὶ ἀκοῆς ἀκριβείᾳ πάντας ἀνθρώπους ἀπολέλοιπεν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο
B τυφλὸς, οὐδὲ ἀδύνατος, οὐδὲ ἄωτος ὁ ἄνθρωπός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ

A. 3. δειλότερον] Sic Porph. et conjectura ita vertit Xyl. Vulgo, δεινότερον.

A. 7. εὐμαθείᾳ] Sic Porphyr. Vulgo, et omnes libri, εὐηθείᾳ.

A. 11. —ποδωκείᾳ—ἀκριβείᾳ] Malim, ποδωκείᾳ καὶ ῥώμῃ, τοῦτο δὲ ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἀκριβείᾳ.

B. 1. ἀδύνατος—ἰσχύος τε] Porphyr.—ἀδύνατος ὁ ἄνθρωπός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ θέομεν, εἰ καὶ βραδύτερον ἐλάφων· καὶ βλέπομεν, εἰ καὶ χεῖρον ἱεράκων· ἰσχύος τε—ἰ Reliquiæ hujus lectionis sunt in Harl. χεῖρον ἱεράκων pro χειρῶν καὶ ὀμμάτων. Dubium, quæ sit verior totius loci scriptura: hoc non dubium, quin, vel retenta vulgata, ὀμμάτων mutandum sit in σωμάτων.

quod sicut de immobilibus aliud alio tardius, aut de mutis aliud alio minus vocale non habetur: ita timidius, segnius, intemperantius aliud alio non reputatur, ubi intelligendi vim Natura non est largita, quæ in aliis aliter, ac vel magis vel minus insita, discrimina fecit ea quæ cernimus.

V. Soclarus. Sed mirum dictu est quantum homo prudentia, solertia, justitia et societatis procuratione reliquis præstet animalibus.

Autobulus. Atqui amice, etiam hæc magnitudine, pedum celeritate, acumine visus, auditus subtilitate, aliis alia, homines universos longe superant. Neque tamen propterea homo est cæcus, viribus, auribus carens: neque manuum et corporum, vi et

χειρῶν καὶ ὀμμάτων ἰσχύος τε καὶ μεγέθους ἡ φύσις ἡμᾶς
οὐκ ἀπεστέρησεν, καίτοι τὸ μηδὲν ἐν τούτοις πρὸς ἐλέφαντα
καὶ κάμηλον ὄντας. Οὐκοῦν ὁμοίως μηδὲ τὰ θηρία λέ-
γωμεν, εἰ νωθέστερον φρονεῖ καὶ κάκιον διανοεῖται, μὴ
διανοεῖσθαι μηδὲ φρονεῖν ὅλως, μηδὲ κεκτῆσθαι λόγον,
ἀσθενῆ δὲ καὶ θολερὸν κεκτῆσθαι, ὥσπερ ὀφθαλμὸν ἀμ-
βλυώττοντα καὶ τεταραγμένον. Εἰ δὲ μὴ πολλὰ τοὺς
νεανίσκους αὐτίκα δὴ μάλα προσεδόκων, τὸν μὲν ἐκ
γῆς, τὸν δὲ ἐκ θαλάττης ἐνταῦθα συνερανίσειν, φιλο-
λόγους καὶ φιλογραμμάτους ὄντας, οὐκ ἂν ἀπεσχόμην
σου μυρία μὲν εὐμαθείας, μυρία δὲ εὐφυΐας παραδείγ- C
ματα θηρίων διηγούμενος, ὧν ἅμαις καὶ σκάφαις ἡμῖν
ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀρύσασθαι θεάτρων ἡ καλὴ Ῥώμη
παρέσχηκε. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκείνοις νεαρὰ καὶ ἄθικ-
τα πρὸς τὸν λόγον ἐγκαλλωπίσασθαι καταλείπωμεν·
βούλομαι δὲ μικρόν τι μετὰ σοῦ σκέψασθαι καθ'

C. 1. μυρία δὲ εὐφυΐας] δὲ recepimus ex Bas. Xyl. Venet. Harl. Mez.

magnitudine, nos Natura privavit; etsi nihil hic sumus cum elephanto aut camelo comparati. Proinde etiam animalia cetera, quia tardius intelligunt, minusque recte ratiocinantur quam homo, non dicemus omni ratione atque intelligentia carere: sed eam possidere imbecillam atque turbidam, sicut oculum luscioſum et distortum. Ac nisi adolescentes nostros jam nunc sperarem, qua sunt eruditione et in humanioribus studiis diligentia, plurima terrestrium unum, alterum marinorum exempla conducta in medium prolaturos; non abstinuissem sexcentis docilitatis, sexcentis naturæ bonitatis speciminibus recensendis: quorum nobis copiam e theatris imperatoriis affatim hauriendam pulchra Roma præbuit. Sed hæc nos illis integra atque intacta relinquamus, quibus suam exornent disputationem. Interim tecum quidpiam volo per otium conside-

ἀνοχλίαν. Οἶμαι γὰρ ἰδίαν τινὰ μέρους ἑκάστου καὶ δυνάμεως φαυλότητα καὶ πήρωσιν εἶναι καὶ νόσον, ὥσπερ ὀφθαλμοῦ τυφλότητα, καὶ σκέλους χωλότητα, καὶ ψελλότητα γλώσσης, ἄλλου δὲ μηδενός· οὐ γὰρ ἔστι τυφλότης μὴ πεφυκότος ὁρᾶν, οὐδὲ χωλότης μὴ πεφυκότος βαδίζειν, ψελλόν τε τῶν ἀγλώσσων, ἢ τῶν ἀναύδων φύσει τραυλὸν οὐδὲν ἂν προσείποις· οὕτως οὐδὲ παράφορον, ἢ πα-
D ραφρονοῦν, ἢ μαινόμενον, ᾧ μὴ τὸ φρονεῖν, ἢ λογίζεσθαι καὶ διανοεῖσθαι κατὰ φύσιν ὑπῆρχεν· οὐ γὰρ ἔστιν ἐμπαθῆ γενέσθαι, μὴ κεκτημένον δύναμιν, ἧς τὸ πάθος, ἢ στέρησις, ἢ πήρωσις, ἤ τις ἄλλη κάκωσις ἦν. Ἀλλὰ μὴν ἐντετύχηκάς γε λυττώσαις κυσὶν, ἐγὼ δὲ καὶ ἵπποις· ἔνιοι δέ φασι καὶ βοῦς μαίνεσθαι καὶ ἀλώπεκας· ἀρκεῖ δὲ τὸ τῶν κυνῶν, ὃ ἀναμφισβήτητόν ἐστι, καὶ μαρτυρεῖ λόγον ἔχειν καὶ διάνοιαν οὐ φαύλην τὸ ζῷον,

C. 13. οὐδὲν ἂν] Sic B. E. Ald. Bas. Xyl. Vulgo, οὐδὲν ἄν.

rare. Arbitror ego peculiarem cuique parti aut facultati suam esse mutilationem, suam depravationem, suum morbum, quæ in aliud nihil cadant: quomodo visui cæcitas, pedi claudicatio, linguæ balbuties soli accidit: non enim cæcum dicitur id quod Natura ad videndum non fuerat comparatum: aut claudum, cui eadem gradiendi omnem negaverat facultatem: neque balbum aut blæsum habetur quod suapte natura linguæ est vocisque expers. Ergo delirare etiam, desipere aut insanire non censebimus id, cujus naturæ sapere, intelligere, ratiocinari non est accommodatum. Affici quippe non potest, quod nulla est facultate præditum, cui affectio aliqua, aut privatio aut mutilatio, aut læsio accidere queat. Nimirum vero rabidos vidisti canes aliquando: ipse etiam equos vidi rabidos: et sunt qui boves quoque furere, et vulpes dicant. Sed nobis sufficit canum exemplum controversia carens: quod testatur animal

ἧς ταραττομένης καὶ συγχεομένης ἡ λεγομένη λύττα καὶ μανία πάθος ἐστίν· οὔτε γὰρ ὄψιν ἀλλοιουμένην αὐτῶν, οὔτε E
ἀκοὴν ὁρῶμεν, ἀλλὰ ὥσπερ ἀνθρώπου μελαγχολῶντος ἢ παρακόπτοντος, ὁ μὴ λέγων ἐξεστάναι καὶ διεφθορέναι τὸ φρονοῦν καὶ λογιζόμενον καὶ μνημονεῦον, ἄτοπός ἐστι· καὶ γὰρ ἡ συνήθεια ταῦτά γε κατηγορεῖ τῶν παραφρονούντων μὴ εἶναι παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκπεπτωκέναι τῶν λογισμῶν· οὕτως ὁ τοὺς λυττῶντας κύνας, ἄλλό τι πεπονθέναι νομίζων, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ φρονεῖν πεφυκότι καὶ λογίζεσθαι καὶ μνημονεύειν ἀνα- F
πεπλησμένους ταραχῆς, καὶ παραπεπαρικότας, ἀγνοεῖν τὰ φίλτατα πρόσωπα, καὶ φεύγειν τὰς συντρόφους διαίτας, ἢ παρορᾷν τὸ φαινόμενον ἔοικεν, ἢ συνορῶν τὸ γινόμενον ἐξ αὐτοῦ, φιλονεικεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

ς'. ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ὀρθῶς μοι δοκεῖς ὑπονοεῖν· οἱ γὰρ ἀπὸ τῆς Στοᾶς καὶ τοῦ Περιπάτου, μάλιστα πρὸς τοὐναν-

F. 4. ἢ συνορῶν] Item e Porph. Vulgo, μὴ συνορῶν.

hoc ratione non contemnenda præditum esse: quæ conturbata furore isto, qui dicitur rabies, adficitur; nam neque visui eorum, neque auditui quidquam accidere mutationis tum cernimus. Enimvero sicut ineptus sit, qui hominis melancholia laborantis et insanientis neget abalienatam corruptamque esse vim ratiocinandi ac memoriæ: cum quidem ita receptum sit consuetudine, ut sic affectum *non esse apud se*, ac *mente excidisse* dicamus: ita qui rabido cani aliud accidisse aliquid putet, quam quod vi intelligendi, ratiocinandi, ac memorandi perturbata, desipiens ignoret carissimas personas, fugiatque consuetam a prima ætate vitæ rationem, neque agnoscat quæ cernit, videtur mihi aut non animadvertere rem manifestam, aut animadvertens id, quod ex ea consequitur, contentiose veritatem impugnare.

VI. Soclarus. Recte, mea sententia, judicas. Etenim Stoici et Peripatetici contrarium hac maxime pro-

πον ἐντείνονται τῷ λόγῳ, τῆς δικαιοσύνης ἑτέραν γένεσιν
οὐκ ἐχούσης, ἀλλὰ παντάπασιν ἀσυστάτου καὶ ἀνυπάρκτου
964 γινομένης, εἰ πᾶσι τοῖς ζῴοις λόγου μέτεστι· γίνεται γὰρ ἢ
τὸ ἀδικεῖν ἀναγκαῖον ἡμῖν ἀφειδοῦσιν αὐτῶν, ἢ μὴ χρω-
μένων αὐτοῖς, τὸ ζῆν ἀδύνατον καὶ ἄπορον· καὶ τρόπον
τινὰ θηρίων βίον βιωσόμεθα, τὰς ἀπὸ τῶν θηρίων προέ-
μενοι χρείας. Ἀφίημι γὰρ Νομάδων καὶ Τρωγλοδυτῶν
ἀνεξευρέτους ἀριθμῷ μυριάδας, οἳ τροφὴν σάρκας, ἄλλο
δὲ οὐδὲν ἴσασιν· ἀλλὰ ἡμῖν τοῖς ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως
ζῆν δοκοῦσιν, ποῖον ἔργον ἀπολείπεται γῆς, ποῖον ἐν θα-
λάττῃ, τίς ἐν ὄρεσι τέχνη, τίς κόσμος διαίτης, ἂν ὡς
B προσήκει λογικοῖς καὶ ὁμοφύλοις πᾶσι τοῖς ζῴοις οὖσιν,
ἀβλαβῶς καὶ μετ' εὐλαβείας προσφέρεσθαι μάθωμεν, ἔρ-
γον ἐστὶν εἰπεῖν. Οὐδὲν οὖν φάρμακον οὐδὲ ἴαμα τῆς
ἢ τὸν βίον ἀναιρούσης ἢ τὴν δικαιοσύνην ἀπορίας οὐδὲν ἔχο-

A. 6. ἀριθμῷ] Sic E. P. et Porph. codices: apud quem De Abstin. I, 5. et seq. hic locus inde ab A. γίνεται γὰρ—usque ad C. ἀπολελοίπασι repetitus exstat: quanquam vulgatum est ut in Plutarchi exemplis ἀριθμῶν.

A. 9. ἐν ὄρεσι] Porph. ἐναργής: quod, si cum Reiskio mutetur in ἐνεργός, præferam vulgato.

bant ratione, quod justitiæ esse nullam originem posse dicunt, nullamque omnino fore justitiam, si omnia animalia ratione sint prædita. Effici enim, ut aut injuste faciamus iis vescendis utendisque, aut usu eorum omisso vel vivere omnino nequeamus, vel vita inops futura sit, et quodammodo belluina. Neque dicam de Nomadum et Troglodytarum innumeris millibus, qui præter carnes cibum alium nullum norunt. Nobis quidem, qui mansuete videmur et humaniter vivere, si discamus bruta omnia pro ratione præditis nobisque cognatis habere, ac proinde sine ullo eorum damno et cum cautione iis uti, non video quod opus in terra, in mari, in montibus, quæ ars, qui vitæ ornatus sit futurus reliquus. Nullum proinde remedium adhiberi huic difficultati potest, quæ aut vitam aut justitiam

μεν, ἂν μὴ τὸν ἀρχαῖον ὅρον καὶ νόμον φυλάττωμεν, ᾧ, καθ' Ἡσίοδον, ὁ τὰς φύσεις διελὼν καὶ θέμενος ἰδίᾳ τῶν γενῶν ἑκάτερον,

Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶ μετ' αὐτοῖς,
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην

πρὸς ἀλλήλους. Οἷς δὲ οὐκ ἔστι δικαιοπραγεῖν πρὸς ἡμᾶς, οὐδ' ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνα γίνεται τὸ ἀδικεῖν. Ὡς οἵ γε τοῦτον προϊέμενοι τὸν λόγον, οὔτε χρείαν ἄλλην, οὔτε λι- C
τὴν τῇ δικαιοσύνῃ παρεισελθεῖν ὁδὸν ἀπολελοίπασι.

ζ'. Αὐτόβουλος. Ταῦτα μὲν, ὦ φίλε, ἀπὸ καρδίας τῶν ἀνδρῶν ἐξείρηκας· οὐ μὴν δοτέον, ὥσπερ δυστοκούσαις γυναιξὶ, περιάπτεσθαι τοῖς φιλοσόφοις ὠκυτόκιον, ἵνα ῥᾳδίως καὶ ἀταλαιπώρως τὸ δίκαιον ἡμῖν ἀποτίκτωσιν. Οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ τῷ Ἐπικούρῳ διδόασιν ὑπὲρ τῶν μεγίστων,

B. 6. Ἡσίοδον, ὁ τὰς] ὁ addidimus ex E. ſatis hoc judicantes: poteramus et ὁ Ζεὺς ex Porph.
B. 11. Οἷς δὲ] δὲ addidimus ex Harl. et Porph.
C. 1. οὔτε χρείαν—λιτὴν] Porph. οὔτε εὐρεῖαν ἄλλην, οὔτε λεπτὴν, forte rectius.

abolet, quam ut ſequamur veterem terminum ac legem Dei illius, qui, ut eſt apud Heſiodum, naturas diſtinguens, ac genera ſeorſim unumquodque ponens,

Piſces, atque feras jubet, aëreaſque volucres,
Iſthæc juſtitiæ nulla cum lege ligentur,
Alterum in alterius prædam demittier alvum:
Humano generi ſed mutua jura dicavit.

Scilicet ut cum bruta nobiſcum juſte agere non queant, nos quoque injuſte in ipſa agere non poſſimus: quam rationem qui dimittunt, neque ullam utilitatem vitæ, neque ullum juſtitiæ aditum relinquunt.

VII. Autobulus. Hæc quidem tu, amice, plane e ſententia illorum dixiſti. Verum non convenit philoſophis, tanquam difficulter fœtum enitentibus mulieribus, appendere medicamentum partum accelerans, ut facile et abſque ærumna juſtitiam nobis pariant. Nam ipſi quoque non concedunt Epicuro maximarum rerum cauſſa fingenti exilem ad-

σμικρὸν οὕτω πρᾶγμα καὶ φαῦλον, οἶμαι, ἄτομον παρ-
εγκλῖναι μίαν ἐπὶ τοὐλάχιστον, ὅπως ἄστρα καὶ ζῷα καὶ
τύχη παρεισέλθῃ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν μὴ ἀπόληται· δεικνύναι
D δὲ τὸ ἄδηλον, ἢ λαμβάνειν τι τῶν προδήλων, καὶ προσ-
ήκει τὸ περὶ τῶν ζῴων ὑποτίθεσθαι πρὸς τὴν δι-
καιοσύνην, εἰ μήθ' ὁμολογεῖται, μήτ' ἄλλως ἀποδεικ-
νύουσιν. Ἔχει γὰρ ἑτέραν ὁδὸν ἐκεῖ τὸ δίκαιον, οὐ σφα-
λερὰν καὶ παράκρημνον οὕτω καὶ διὰ τῶν ἐναργῶν ἀνατρε-
πομένων φέρουσαν, ἀλλὰ ἣν Πλάτωνος ὑφηγουμένου δείκ-
νυσιν οὑμὸς υἱός, ὦ Σώκλαρε, σὸς δὲ ἑταῖρος, τοῖς μὴ
φιλομαχεῖν, ἕπεσθαι δὲ καὶ μανθάνειν βουλομένοις. Ἐπεὶ τό
γε μὴ παντάπασι καθαρεύειν ἀδικίας τὸν ἄνθρωπον οὕτω τὰ
E ζῷα μεταχειριζόμενον, Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος ὡς

C. 10. δεικνύναι—ἀποδεικνύουσι] Ita corrupte eſt in omnibus libris; niſi quod Xyl. habet τοῦ pro τό. Forte non procul a vero aberraverit hæc noſtra conjectura: δεικνύντα δὲ τὸ ἄδηλον λαμβάνειν τι τῶν προδήλων προσήκει, ὅτε περὶ τῶν ζώων ὑποτίθεσθαί τι πρὸς τὴν δικαιοσύνην εἰ μήθ' ὁμολογεῖται μήτ' ἄλλως ἀποδεικνύουσι. Sententia in Latinis reddita eſt.
D. 5. ἀνατρεπομένων] Sic Mez. et Reiſk. Vulgo, ἀνατρεπόμενον.

eo atque nullius pretii rem, inclinationem ſcilicet atomi leviſſimam, qua is aſtra, animalia, et fortunam volebat introducere, et libertatem voluntatis noſtræ tueri. At qui obſcurum quid patefacere ac demonſtrare vult, debet manifeſtum quid ſumere unde demonſtrationem ducat: neque proinde tanquam fundamentum demonſtrationi ſupponere dictum ejuſmodi de brutis, quod de brutis quidem neque hominum conſenſu probetur, neque ipſe præterea demonſtret, ſed accommodatum ſit ad juſtitiæ originem inducendam. Etenim alia via ad ſtabiliendam juſtitiam perveniri poteſt, non ita lubrica et per præcipitia ducente, et evidentia evertente: ſed quam Platone auctore meus, Soclare, filius, tuus ſocius, monſtrat non contendendi cupidis, verum ſequi et diſcere volentibus. Sane non ſine omni injuſtitia fieri, quod homo ſic agit cum brutis, id tanquam verum ſumſerunt Empedocles et Heraclitus, ſæpenumero deploran-

ἀληθὲς προσδέχονται, πολλάκις ὀδυρόμενοι καὶ λοιδοροῦντες τὴν φύσιν, ὡς ἀνάγκην καὶ πόλεμον οὖσαν, ἀμιγὲς δὲ μηδὲν μηδὲ εἰλικρινὲς ἔχουσαν, ἀλλὰ διὰ πολλῶν καὶ ἀδίκων παθῶν περαινομένην· ὅπου καὶ τὴν γένεσιν αὐτὴν ἐξ ἀδικίας συντυγχάνειν λέγουσι, τῷ θνητῷ συνερχομένου τοῦ ἀθανάτου, καὶ τέρπεσθαι τὸ γενόμενον παρὰ φύσιν μέλεσι τοῦ γεννήσαντος ἀποσπωμένοις. Οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄκρατα καὶ πικρὰ φαίνεται καταχόρως· ἑτέρα δ' ἐστὶν ἐμμελὴς παρηγορία μήτε τῶν ζώων τὸν λόγον ἀφ- F
αιρουμένη, καὶ σώζουσα χρωμένων αὐτοῖς πῶς προσήκει τὸ δίκαιον· ἣν τῶν σοφῶν καὶ παλαιῶν εἰσαγόντων, συστᾶσα λαιμαργία μεθ' ἡδυπαθείας ἐξέβαλε καὶ ἠφάνισεν, αὖθις δὲ Πυθαγόρας ἀνελάμβανε διδάσκων ὠφελεῖσθαι μὴ ἀδικοῦντας· οὐ γὰρ ἀδικοῦσιν οἱ τὰ μὲν ἄμικτα καὶ βλαβερὰ κομιδῇ κολάζοντες καὶ ἀποκτιννύοντες, τὰ δὲ ἥμερα καὶ

E. 5. γένεσιν αὐτὴν] αὐτὴν eſt ex Harl. Jun. Vulgo, αὐτῆς. Mez. εὐθύς.
E. 7. τέρπεσθαι] Immo τρέφεσθαι, ut Mez.
F. 2. πῶς προσήκει] Forte ὡς προσήκει, ut Mez. vel, ὅπως, ut Exempl. T.

tes, atque incuſantes naturam, ut quæ neceſſitas ſit ac bellum, nihil ſincerum habeat, multiſque injuſtis affectionibus ad finem ſuum perveniat: quando ipſe etiam ortus hominis ab injuſtitia ſit, immortali re cum mortali coëunte: alaturque id, quod naſcitur, partibus generantis contra naturam a toto avulſis. Verum hæc nimis acerba videtur eſſe et libera inſectatio. Alia autem eſt concinna excuſatio, quæ neque eripit animalibus rationem, et convenienter utentibus hominibus juſtitiam conſervat: quam a veteribus et ſapientibus introductam, guloſitas ac voluptatum ſtudium, coitione facta, exturbavit: Pythagoras autem revocavit, docens quomodo citra injuſtitiam utilitatem percipere poſſemus. Non enim agunt injuſte, qui animalia quæ cicurari prorſus non poſſunt, vel damnoſa omnino ſunt, plectunt atque interficiunt: manſueta autem humanaque cicu-

φιλάνθρωπα ποιούμενοι τιθασά, καὶ συνεργὰ χρείας πρὸς ἣν ἕκαστον εὖ πέφυκεν,

Ἵππων ὄνων τε ὀχεῖα, καὶ ταύρων γονάς,

ὧν ὁ Αἰσχύλου Προμηθεὺς δοῦναί ἡμῖν φησιν,

965 ——— ἀντίδουλα, καὶ πόνων ἀνδέκτορα·

κυσὶ δὲ χρώμενοι προφυλάττουσιν αἶγάς τε καὶ οἶς ἀμελγόμενα καὶ κειρόμενα νέμοντες. Οὐ γὰρ ἀναιρεῖται τὸ ζῆν οὐδὲ βίος ἀπόλλυται τοῖς ἀνθρώποις, ἂν μὴ λοπάδας ἰχθύων, μηδὲ ἤπατα χηνῶν ἔχωσι, μηδὲ βοῦς μήτ' ἐρίφους κατακόπτωσιν ἐπ' εὐωχίᾳ, μηδ' ἀλύοντες ἐν θεάτροις, μηδὲ παίζοντες ἐν θήραις, τὰ μὲν ἀναγκάζωσι τολμᾷν καὶ ἄκοντα μάχεσθαι, τὰ δὲ, μηδὲ ἀμύνεσθαι πεφυκότα διαφθείρωσι· τὸν γὰρ παίζοντα καὶ τερπόμενον οἶμαι συμπαίζουσι δεῖν χρῆσθαι καὶ ἱλαροῖς, οὐχ, ὥσπερ ὁ Βίων ἔλεγε « τὰ παιδάρια παίζοντα τῶν βατράχων τοῖς

F. 10. ὀχεῖα] Scripsi pro ὀχείαν, ut supra p. 98. C.
F. 11. ὧν] Rectius fit ἃ, cum Mez.
A. 8. καὶ ἄκοντα] Sic B. Vulgo, ἄκοντα καί—.
A. 9. τερπόμενον] Harl. παιζόμενον. Legam, τὸν γὰρ παίζοντα τοῖς παιζομένοις—.

rando ad eas operas condocefaciunt, quæ uniuscujusque naturæ conveniunt:

Fetus equorum, asinorumque, et boum genus,

quos, ut ait Æschyli Prometheus, dat Deus,

Munera rependens, quæ nostris laboribus Subeant:

item qui canibus utuntur custodibus, capras ovesque mulgendas tondendasque pascunt. Non enim vita hominibus eripitur, si non apponantur patinæ piscium plenæ, aut jecinora anserum, neque boves aut hœdos in convivia mactent: neque fallendi temporis caussa, aut animi gratia in theatris ac venationibus alias bestias invitas cogant resistere et pugnare, alias quas natura non armavit interficiant. Qui enim ludit et se oblectat, iis qui una ludunt ita debet uti ut ludentibus et oblectatis: non, quemadmodum de *pueris* dicebat Bion, *eos ludendo ranas saxis petere, ranas autem*

"λίθοις ἐφίεσθαι, τοὺς δὲ βατράχους μηκέτι παίζοντας B
"ἀλλὰ ἀληθῶς ἀποθνήσκειν," οὕτως κυνηγεῖν καὶ ἁλιεύειν, ὀδυρομένοις τερπομένους καὶ ἀποθνήσκουσι, τοῖς δὲ ἀπὸ σκύμνων καὶ νεοσσῶν ἐλεεινῶς ἀγομένοις. Οὐ γὰρ οἱ χρώμενοι ζώοις, ἀδικοῦσιν, ἀλλ' οἱ χρώμενοι βλαβερῶς καὶ ὀλιγώρως καὶ μετ' ὠμότητος.

η'. ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ἐπίσχες, ὦ Αὐτόβουλε, καὶ παραβαλοῦ τῆς κατηγορίας· ἐγγὺς γὰρ οἵδε προσιόντες πολλοί, καὶ θηρατικοὶ πάντες, οὓς οὔτε μεταθεῖναι ῥᾴδιον, οὔτε λυπεῖν ἀναγκαῖον.

ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Ὀρθῶς παραινεῖς, ἀλλὰ Εὐβίωτον μὲν C
εὖ οἶδα, καὶ τὸν ἐμὸν ἀνεψιὸν Ἀρίστωνα, τούς τε Διονυσίου παῖδας ἀπὸ Δελφῶν Αἰακίδην καὶ Ἀριστότιμον τοῦτον, εἶτα Νίκανδρον τὸν Εὐθυδάμου χερσαίας δαήμονα ἄγρας, ὡς Ὅμηρος ἔφη, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς Ἀριστότιμον γενησομέ-

B. 7. παραβαλοῦ τῆς κατηγορίας] Legendum παραβαλοῦ τὸ θυρίον τῆς κατηγορίας: qua dictione usus est Plut. supra item, p. 940. F. Monuit et Salmas.

ne ob levitatem evertantur aut undis obortis avellantur, sed lapillis prægravantibus maneant. Volatus gruum ad venti rationes accommodatus, non eſt unius generis: ſed hoc omnibus communiter notum eſt piſcibus, ſemperque adverſum undas et fluctum natant, caventque ne, vento ſecundum caudam incidente, ſquamæ nudatæ corpus nudum exhibeant, idque dolore afficiatur. Itaque proram ſuorum corporum ſemper adverſam undis ſtatuunt: ſic enim ſciſſum a fronte mare branchias conſtringit, læviterque per ſummam ſuperficiem defluens ſquamas deprimit, neque cum horrore erigit. Hoc, inquam, omnium commune eſt piſcium, excepto ellope: is ſuapte natura ſecundo vento et fluxu nat, neque metuit ſibi a ſquamarum erectione, cum earum commiſſuræ non ſint verſus caudam conſertæ.

XXIX. Jam thynnus ita exacte æquinoctia et ſolſtitia ſentit, ut etiam hominem doceat, nihil huc tabulis opus habentem aſtrologicis: ubi e-

ἡγεμόνων δεόμενον· ὅπου γὰρ ἂν αὐτὸν αἱ τροπαὶ χειμῶνος καταλάβωσιν, ἀτρεμεῖ, καὶ διατρίβει περὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἄχρι τῆς ἰσημερίας. Ἀλλὰ τὸ γεράνου σοφὸν ἡ τῆς λίθου περίδραξις, ὅπως περιεμένη πυκνὸν ἐξυπνίζηται· καὶ πόσῳ σοφώτερον, ὦ φίλε, τὸ τοῦ δελφῖνος, ᾧ στῆναι μὴ οὐ θέμις, οὐδὲ παύσασθαι φορᾶς· ἀεικίνητος γάρ ἐστιν ἡ φύσις αὐτοῦ, καὶ ταυτὸν ἔχουσα τοῦ ζῆν καὶ τοῦ κινεῖσθαι πέρας· ὅταν δὲ ὕπνου δέηται, μετεωρίσας ἄνω τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς θαλάττης, ὕπτιον ἀφῆκε διὰ βάθους, αἰώρας τινὶ σάλῳ κομιζόμενος, ἄχρι προσπεσεῖν καὶ ψαῦσαι τῆς γῆς· οὕτω δ' ἐξυπνισθεὶς ἀναῤῥοιζεῖ, καὶ πάλιν ἄνω γενόμενος ἐνδίδωσι, καὶ φέρεται κίνησίν τινα μεμιγμένην ἀνάπαυσιν αὐτῷ μηχανώμενος. Τὸ δ' αὐτὸ δρᾶν καὶ θύννους ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας λέγουσιν. Ἐπεὶ δὲ ἄρτι τὴν μαθηματικὴν οὕτω τῆς τοῦ ἡλίου μεταβολῆς ἐτέλεσα πρόγνωσιν, ἧς μάρτυς Ἀριστοτέλης ἐστίν, ἄκουσον ἤδη τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην αὐτῶν· πρότερον δέ, ναὶ μὰ Δία,

nim eum bruma deprehendit, ibi quiefcit, eodemque fe loco continet ufque ad æquinoctium. Callidum vero eft illud gruis, quod lapidem tenet, ut eo excidente evigilet. Quanto, amice, major eft delphini folertia? Huic cum nefas fit ftare, et motu vacare, in quo natura ejus femper eft, neque ante movendi quam vivendi finem facit; quando fomnum captat, corpus furfum ad fuperficiem maris evehit, fupinumque rurfum per profundum dimittit, fluctu quodam vectationis agitatus, donec ad terram perveniat: ibi excitatus e fomno, furfum cum impetu ad maris fuperficiem effertur, iterumque poft fe demittit, itaque fibi in motu quietem quandam machinatur. Idem eadem de cauffa facere thynnos aiunt. Quorum quoniam paulo ante mathematicam prædictionem converfionum Solis retuli, cui etiam Ariftoteles teftimonium perhibet: audi nunc etiam arithmeticam eorum fcientiam: imo opticam mehercle

τὴν ὄψιν, ἣν ἔοικε μηδ' Αἰσχύλος ἀγνοῆσαι, λέγει γάρ που,

Τὸ σκαιὸν ὄμμα παραβάλλων θύννου δίκην·

F τῷ γὰρ ἑτέρῳ δοκοῦσιν ἀμβλυώττειν· ὅθεν ἐμβάλλουσιν εἰς τὸν Πόντον ἐν δεξιᾷ, τῆς γῆς ἐχόμενοι, καὶ τοὐναντίον, ὅταν ἐξίωσιν· ἐμφρόνως πάνυ καὶ νουνεχῶς ἀεὶ τὴν τοῦ σώματος φυλακὴν ἐπὶ τῷ κρείττονι ποιούμενοι τῶν ὀφθαλμῶν. Ἀριθμητικῆς δὲ διὰ τὴν κοινωνίαν, ὡς ἔοικε, καὶ φιλάλληλον ἀγάπησιν ἑαυτοῖς, δεηθέντες, οὕτως ἐπ' ἄκρον ἥκουσι τοῦ μαθήματος, ὥστε ἐπεὶ πάνυ χαίρουσι τῷ συντρέφεσθαι καὶ συναγελάζεσθαι μετ' ἀλλήλων, ἀεὶ τὸ πλῆθος τῷ σχήματι κυβίζουσι, καὶ στερεὸν ἐκ πάντων ποιοῦσιν, ἓξ ἴσοις ἐπιπέδοις περιεχόμενον· εἶτα νήχονται τὴν τάξιν οὕτω, τὸ πλαίσιον ἀμφίςομον
980 διαφυλάττοντες. Ὁ γοῦν θυννοσκόπος ἂν ἀκριβῶς

E. 10. τὸ, Τὸ σκαιὸν—] Sic Mez. vidit verum et Reisk. et alibi in veterum libris ita hic versus scribitur. Vulgo, τῦτο, Σκαιὸν—.

F. 10. περιεχόμενον] Sic B. E. Coll. Muret. Harl. Schott. T. V. B. Vulgo, περιεχόμενα.

F. 10. οὕτω, τὸ πλαίσιον ἀμφίςομον δ] Locus vel corruptus, vel certe obscurus. Partem difficultatis sustulimus, commate post οὕτω ponendo. Restat aliud quod non tollitur Reiskiano κατὰ τάξιν, sed in ἀμφίςομον latet, quod forte mutandum in ἀμφίςοιχα.

prius dicam, quam videtur non ignorasse Æschylus: sunt enim hæc ejus verba,

In morem thynni obliquos oculos ingerens:

videntur enim altero oculo cæcutire thynni; itaque in mare ita ingrediuntur, ut a dextra habeant terram, et egrediuntur, ut a sinistra: plane prudenter atque attente custodiam corporis meliori oculo committentes. Arithmetica autem ob societatis tutelam, ut apparet, et mutuam dilectionem cum haberent opus, ita ad summum ejus scientiæ pervenerunt, ut cum gaudeant convictu et congregatione, multitudinem semper in cubi modum stipent, universis in sex planas superficies distributis: deinde ita natant, ut ordinem sic conservent, figura semper in quam libeat partem versatili. Itaque is qui eos observat spe-

λάβῃ τὸν ἀριθμὸν τῆς ἐπιφανείας, εὐθὺς ἀποφαίνεται πόσον ἐστὶ πᾶν τὸ πλῆθος· εἰδὼς ὅτι καὶ τὸ βάθος αὐτοῦ ἐν ἴσῳ τεταγμένον στοιχείῳ πρός τε τὸ πλάτος ἐστὶ καὶ τὸ μῆκος.

λʹ. Ἀμίαις δὲ καὶ τοὔνομα παρέσχηκεν ὁ συναγελασμὸς, οἶμαι δὲ καὶ ταῖς πηλαμύσι. Τῶν δὲ ἄλλων γενῶν ὅσα φαίνεται καὶ ζῇ κοινωνικῶς μετ' ἀλλήλων ἀγεληδὸν, οὐκ ἄν τις εἴποι τὸν ἀριθμὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ τὰς κατ' ἰδίαν κοινωνίας αὐτῶν καὶ συμβιώσεις ἰτέον. Ὧν ἐστι καὶ ὁ τὸ πλεῖστον ἐξαναλώσας Χρυσίππου μέλαν πινοτήρας, παντὶ καὶ φυσικῷ βιβλίῳ καὶ ἠθικῷ προεδρίαν ἔχων· B τὸν γὰρ σπογγοτήραν οὐχ ἱστόρηκεν, οὐ γὰρ ἂν παρέλιπεν. Ὁ μὲν οὖν πινοτήρας ζῷόν ἐστι καρκινῶδες, ὥς φασι, καὶ τῇ πίνῃ σύνεστι, καὶ πυλωρεῖ τὴν κόγχην προκαθήμενος, ἐῶν ἀνεῳγμένην καὶ διακεχηνυῖαν, ἄχρι προσπέσῃ τι τῶν

A. 10. πινοτήρας—σπογγοτήραν—πινοτήρας] Primum et postremum ita scripsi non ex libris sed ex rei veritate, tum vero consequentia mediæ vocis quam diserte exhibent B. E. Venet. Vulgo, πινοθήρας—σπογγοθήραν—πινοθήρας.

B. 1. παντὶ] Forte, ἐν παντί.

culator, si unum latus superficiei exstantis recte dinumeraverit, statim de toto numero ipsorum potest pronunciare, sciens longitudinem, latitudinem, et crassitiem figuræ inter se esse æqualia.

XXX. Amiæ etiam nomen inde habent, quod simul eant: puto etiam pelamydes. Reliquorum generum, quæ conspiciuntur et vivunt societate devincta, numerus exprimi non potest. Itaque potius accedamus ad eas societates recensendas, quæ privatim piscibus intercedunt. De quibus est is, qui plurimum atramenti Chrysippo consumsit, primo in omnibus physicis, omnibus ethicis libris, loco positus, pinnoteras. Spongoteram enim Chrysippus non noverat, alioquin haud præteriturus. Pinnoteras, cui ab observanda pinna nomen factum, animal est cancri ad formam accedens, (sic enim traditur) et cum pinna degit, ejusque conchæ apertionem observat, foris adsidens apertæ et hianti, donec aliquis

ἁλωσίμων αὐτοῖς ἰχθυδίων· τότε δὲ τὴν σάρκα τῆς πί-
νης δακὼν παρεισῆλθεν, ἡ δὲ συνέκλεισε τὴν κόγχην,
καὶ κοινῶς τὴν ἄγραν ἐντὸς ἕρκους γενομένην κατεσθίουσι.
Τὸν δὲ σπόγγον ἡνιοχεῖ θηρίδιον, οὐ καρκινῶδες, ἀλλ' ἀ-
ράχνῃ παραπλήσιον· οὐ γὰρ ἄψυχον, οὐδὲ ἀναίσθητον,
C οὐδὲ ἄναιμον ὁ σπόγγος ἐστὶν, ἀλλὰ ταῖς μὲν πέτραις ὡς
ἄλλα πολλὰ προσπέφυκεν, ἔχει δὲ κίνησιν ἰδίαν ἐξ ἑαυτοῦ
καὶ εἰς ἑαυτὸν, οἷον ὑπομνήσεως καὶ παιδαγωγίας δεομένην·
μανὸς γὰρ ὢν ἄλλως, καὶ τοῖς ἀραιώμασιν ἀνειμένος ὑπ'
ἀργίας καὶ ἀμβλύτητος, ὅταν ἐμβῇ τι τῶν ἐδωδίμων, ἐκ-
είνου σημήναντος, ἔμυσε καὶ κατηνάλωσεν· ἔτι δὲ μᾶλλον
ἀνθρώπου προσιόντος ἢ θιγόντος, διδασκόμενος καὶ χαρασ-
σόμενος, οἷον ἔφριξε καὶ συνέκλεισε τὸ σῶμα πήξας καὶ
πυκνώσας, ὥστε μὴ ῥᾳδίαν ἀλλὰ δύσεργον εἶναι τὴν ὑπο-
τομὴν αὐτοῦ τοῖς θηρεύουσιν. Αἱ δὲ πορφύραι συναγελα-
ζόμεναι, τὸ μὲν κηρίον ὥσπερ αἱ μέλιτται κοινῇ ποιοῦσιν, ἐν

C. 9. ὑποτομὴν] Mez. ἀποτομήν.

pisciculus accidat, qui ab ipsis capi possit: tunc carnem pinnæ mordens, eam de captura monet, unaque in concham intrat: ea concham claudit: sic præda intra suam munitionem recepta simul vescuntur. Spongia gubernatur ab animalculo, quod non cancri, sed araneæ simile est. Non enim anima et sanguine caret spongia: sed saxis adnata, ut multa etiam alia, motum habet peculiarem a seipsa et in seipsam, qui monitore tamen et veluti pædagogo habeat opus: nam alioqui rara, et multis hiatibus aperta spongia, ob ignaviam et hebetudinem, si quid eorum quæ sunt esui intraverit in cava ipsius, spongotera indicante, se contrahit, atque id consumit, multoque magis homine accedente aut tangente, monita et puncta ab suo custode spongia, quasi inhorret, clausoque ore ita se stipat, ut difficulter possit a venantibus abscindi. Purpuræ gregatim consuescentes, favum quidem communiter apium instar con-

ᾧ λέγονται γονεύειν· τὰ δὲ ἐδώδιμα τῶν βρύων καὶ τῶν φυ- D
κίων ἀναλαμβάνουσαι προϊσχόμενα τοῖς ὀστράκοις, οἷον ἐν
περιόδῳ κυκλουμένην ἑστίασιν ἀλλήλαις παρέχουσιν, ἑτέραν
ἑτέρας ἔξωθεν ἐπινεμομένης.

λα΄. Καὶ τί ἄν τις ἐν τούτοις τὴν κοινωνίαν θαυ-
μάσειεν, ὅπου τὸ πάντων ἀμικτότατον καὶ τὸ θηριωδέστατον
ὧν τρέφουσι ποταμοὶ καὶ λίμναι καὶ θάλασσαι ζῷον, ὁ κρο-
κόδειλος, θαυμαστὸν ἑαυτὸν ἐπιδείκνυται πρὸς κοινωνίαν
καὶ χάριν ἐν τοῖς πρὸς τὸν τροχίλον συμβολαίοις; Ὁ γὰρ
τροχίλος ἐστὶ μὲν ὄρνις τῶν ἑλείων καὶ παραποταμίων, φρου-
ρεῖ δὲ τὸν κροκόδειλον, οὐκ οἰκόσιτος, ἀλλὰ τοῖς ἐκείνου
λειψάνοις παρατρεφόμενος· ὅταν γὰρ αἴσθηται τοῦ κροκο- E
δείλου καθεύδοντος, ἐπιβουλεύοντα τὸν ἰχνεύμονα πηλούμενον
καὶ ἐπ' αὐτὸν ὥσπερ ἀθλητὴν κονιόμενον, ἐπεγείρει φθεγγό-
μενος καὶ κολάπτων· ὁ δὲ οὕτως ἐξημεροῦται πρὸς αὐτόν, ὥστε
τοῦ στόματος διαχανὼν ἐντὸς παρίησι, καὶ χαίρει τὰ λεπτὰ τῶν

D. 2. προϊσχόμενα] Forte, προσισχόμενα, ut Reisk.

ficiunt, in quo dicuntur generare: musci et algæ quidquid est esui ita in suas testas recipiunt, ut iis in orbem exsertis quasi circularem convivationem præbeant, una alterius alimentum depascente.

XXXI. Et vero quis in hisce admiretur communitatem? quando etiam crocodilus, quo nullum animal perinde efferum et a societate alienum, mare, flumina, paludes gignunt, tamen in suis cum trochilo commerciis mirificum se demonstrat ad conjunctionem atque gratiam. Trochilus avis est ex earum genere, quæ circa lacus et fluvios versantur: is crocodilum custodit, non proprio victu, sed ejus reliquiis enutritus: cum enim sentit ichneumonem luto, sicut athletæ pulvere solent, oppletum crocodilo dormienti insidiari, vociferans et tundens rostro hunc excitat. Crocodilus vicissim ita se huic cicurem præbet, ut eum aperto ore intromittat, gaudeatque eo tenues carnium particulas, quæ

ἐνισχομένων τοῖς ὀδοῦσι σαρκῶν ἐκλέγοντος ἀτρέμα τῷ ῥάμφει καὶ διασκαλεύοντος· ἂν δὲ μετρίως ἔχων ἤδη βού-
F λεται συναγαγεῖν τὸ στόμα καὶ κλεῖσαι, προκλίνει τὴν σιαγόνα, καὶ διασημαίνει, καὶ οὐ πρότερον καθίησιν ἢ συναισθανόμενον ἐκπτῆναι τὸν τροχίλον. Ὁ δὲ καλούμενος ἡγεμὼν μεγέθει μὲν ἐστὶ καὶ σχήματι κωβιῶδες ἰχθύδιον, τὴν δ' ἐπιφάνειαν ὄρνιθι φρίσσοντι διὰ τὴν τραχύτητα τῆς λεπίδος ἐοικέναι λέγεται, καὶ ἀεὶ σύνεστιν ἑνὶ τῶν μεγάλων κητῶν, καὶ προνήχεται τὸν δρόμον ἐπευθύνον, ὅπως οὐκ ἐνσχεθήσεται βράχεσιν, οὐδὲ εἰς τέναγος ἤ τινα
981 πορθμὸν ἐμπέσῃ δυσέξοδον· ἕπεται γὰρ αὐτῷ τὸ κῆτος, ὥσπερ οἴακι ναῦς, παραγόμενον εὐπειθῶς· καὶ τῶν μὲν ἄλλων, ὅ, τι ἂν παραλάβῃ τῷ χάσματι ζῶον ἢ σκάφος ἢ λίθον, εὐθὺς διέφθαρται καὶ ἀπόλωλε πᾶν ἐμβεβυθισμένον· ἐκεῖνο δὲ γινώσκον ἀναλαμβάνει τῷ στόματι καθάπερ ἄγκυραν ἐντός· ἐγκαθεύδει γὰρ αὐτῷ, καὶ τὸ κῆτος ἕστηκεν ἀναπαυομένου καὶ ὁρμεῖ· προελθόντος δὲ αὖθις ἐπακολου-

dentibus inhæſerant ſuis, roſtro ſenſim legente et deradente: et ubi jam contentus, os claudere vult, leniter mandibulam inclinans id ſignificet, neque eam prius demittat, quam trochilum evolaſſe ſenſerit. Piſcis autem, qui Græcis *Hegemon*, quod eſt, dux ſive ductor, appellatur, exiguus eſt, gobio non abſimilis quantitate et forma, ſemperque adeſt magno alicui ceto, prænatanſque ejus curſum dirigit, ne in vadum is, aut in limum, vel fretum aliquod incidat, unde exitus difficulter detur: ſequitur cetus, veluti clavum navis, ad ducendum ſe præbens obtemperantem: et quidquid aliarum eſt rerum, ſive animal, ſive navis, ſive lapis, quod ad ceti rictum accidit, id ſtatim demerſum in ejus ventrem periit: ductorem autem ſuum agnoſcens, veluti anchoram intro recipit: intus enim dormit ductor, et cetus eo quieſcente ſubſiſtit ac ſtationem agit: rurſumque eo progrediente ſectatur, neque noctu dieve abſcedit: ſi

θεῖ, μήτε ἡμέρας μήτε νυκτὸς ἀπολειπόμενον, ἢ ῥέμβεται καὶ πλανᾶται, καὶ πολλὰ διεφθάρη, καθάπερ ἀκυβέρνητα πρὸς γῆν ἐξενεχθέντα. Καὶ γὰρ ἡμεῖς περὶ Ἀντίκυραν ἑωράκαμεν, οὐ πάλαι· καὶ πρότερον ἱστοροῦσιν, οὐ πόρρω Βουνῶν ἐξοκείλαντος καὶ κατασαπέντος, λοιμὸν γενέσθαι. B
Ἆρ' οὖν ἄξιόν ἐστι ταύταις ταῖς κοινωνίαις καὶ συμπεριφοραῖς παραβάλλειν; ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ φιλίας ἀλωπέκων καὶ ὄφεων διὰ τὸ κοινὸν αὐτοῖς πολέμιον εἶναι τὸν ἀετόν, καὶ τὰς ὠτίδων πρὸς ἵππους, ὅτι χαίρουσι προσπελάζουσαι καὶ διασκάλλουσαι τὸν ὄνθον. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ ἐν μελίτταις ὁρῶ τοσαύτην οὐδὲ ἐν μύρμηξιν ἐπιμέλειαν ἀλλήλων· τὸ γὰρ κοινὸν αὔξουσι πᾶσαι καὶ πάντες ἔργον, ἑτέρῳ δὲ καθ' ἕτερον ἑτέρου στοχασμὸς οὐδεὶς οὐδὲ φροντίς ἐστιν.

λβ'. Ἔτι δὲ μᾶλλον κατοψόμεθα τὴν διαφορὰν, ἐπὶ C
τὰ πρεσβύτατα καὶ μέγιστα τῶν κοινωνικῶν ἔργων καὶ καθη-

A. 11. ἑωράκαμεν—ἱστοροῦσιν] Ita Amiot. et Mez. Vulgo, ἑωράκαμεν, ὃ πάλαι καὶ πρότερον ἱστοροῦσιν—.
B. 3. παραβάλλειν; ὁ γὰρ] Legendum, παραβάλλειν ὥσπερ—.
C. 2. ἔργων καὶ καθηκόντων] καὶ addidimus ex B. Harl. Jun.

enim abſcedat, vagatur jam erratque cetus: et multi ceti quaſi gubernatore deſtituti pereunt ad terram elati. Idque nos vidimus haud ita pridem apud Anticyram: et memorant idem antea contigiſſe, ceto haud procul Bunis ita in litus egreſſo atque putrefacto, peſtem ortam fuiſſe. Dignum vero eſt his ſocietatibus et conſenſui et conſuetudini eas amicitias componere, quas Ariſtoteles narrat vulpium et ſerpentum, quia communem inimicum habeant aquilam? aut otidibus cum equis, quibus appropinquare, et fimum disjicere gaudent? Ego ne in apibus quidem ipſis, aut formicis tantum animadverto mutuæ procurationis. Nam ut commune opus omnes augent, ita alteri nulla eſt alterius cura, nulla conſideratio.

XXXII. Hoc diſcrimen magis etiam eluceſcet, ſi ſermonem convertamus ad ea

χόντων τὰ περὶ τὰς γενέσεις καὶ τεκνώσεις τὸν λόγον τρέψαντες. Πρῶτον μὲν γὰρ οἱ λίμναις παρήκουσαν ἢ ποταμοὺς προσδεχομένην νεμόμενοι θάλατταν ἰχθύες, ὅταν μέλλωσι τίκτειν ἀνατρέχουσι, τῶν ποτίμων ὑδάτων τὴν πραότητα καὶ τὸ ἄσαλον διώκοντες· ἀγαθὴ γὰρ ἡ γαλήνη λοχεῦσαι· καὶ τὸ ἄθηρον ἅμα ταῖς λίμναις ἔνεστι καὶ ποταμοῖς, ὥστε σώζεσθαι τὰ τικτόμενα. Διὸ καὶ πλεῖστα καὶ μάλιστα γενεύεται περὶ τὸν Εὔξεινον πόντον· οὐ γὰρ τρέφει
D κήτη ἀλλ' ἢ φώκην ἀραιὰν καὶ δελφῖνα μικρόν· ἔτι δὲ ἡ τῶν ποταμῶν ἐπιμιξία, πλείστων καὶ μεγίστων ἐκδιδόντων εἰς τὸν Πόντον, ἤπιον παρέχει καὶ προσφορον τοῖς λοχευομένοις κρᾶσιν. Τὸ δὲ τοῦ ἀνθίου θαυμασιώτατόν ἐστιν, ὃν Ὅμηρος ἱερὸν ἰχθὺν εἴρηκεν· καίτοι μέγαν τινὲς οἴονται τὸν ἱερόν, καθάπερ ὀστοῦν ἱερὸν τὸ μέγα, καὶ τὴν ἐπιληψίαν, μεγάλην νόσον οὖσαν, ἱερὰν καλοῦσιν· ἔνιοι δὲ κοινῶς τὸν

C. 6. τὴν πραότητα] Sic Harl. Jun. Vulgo, τὸ πραότατον.

quæ ſocietatis antiquiſſima ſunt et potiſſima opera et officia, nempe ad fœtus procreationem. Primum enim piſces, qui paludibus contiguum, aut amnes excipiens mare inhabitant, inſtante partu ſurſum evadunt, potabilium aquarum mitiſſimam ac placidiſſimam quærentes. Nam et partui tranquillitas eſt commoda, et a belluis immunes ſunt fluvii, ſunt paludes: ut fœtus ſaluti jam conſulant. Quæ cauſſa eſt, ut piſcium maxima vis apud Euxinum procreetur pontum: non enim cete ibi ſunt, ſed duntaxat exilem phocam, et parvum delphinem habet: tum fluviorum plurimorum atque maximorum in eum ſe effundentium admixtio temperiem partubus commodam efficit. Maxime admirabilis eſt anthias piſcis, quem *ſacrum* Homerus appellat: etſi pro *magno* piſcem ſacrum quidam interpretantur, quo modo *os* magnum *ſacri* appellationem habet, et morbus comitialis cum ſit magnus, *ſacer* dicitur: alii ſacrum eum intelligunt, qui liber ac dimiſſus ſit, utpote ali-

ἄφετον καὶ ἱερώμενον. Ἐρατοσθένης δὲ τὸν χρυσόφρυν ἔοικεν,

Εὐδρομίην χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν, ἱερὸν ἰχθὺν

λέγειν. Πολλοὶ δὲ τὸν ἔλλοπα· σπάνιος γὰρ ἐστὶ καὶ οὐ
ῥᾴδιος ἁλῶναι· φαίνεται δὲ περὶ Παμφυλίαν πολλάκις·
ἂν οὖν ποτε λάβωσι, στεφανοῦνται μὲν αὐτοὶ, στεφανοῦσι E
δὲ τὰς ἁλιάδας, κρότῳ δὲ καὶ πατάγῳ καταπλέοντας
αὐτοὺς ὑποδέχονται καὶ τιμῶσιν. Οἱ δὲ πλεῖστοι τὸν ἀν-
θίαν ἱερὸν εἶναι καὶ λέγεσθαι νομίζουσιν· ὅπου γὰρ ἂν ἀνθίας
ὀφθῇ, θηρίον οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ θαρροῦντες μὲν οἱ σπογγο-
θῆραι κατακολυμβῶσιν, θαρροῦντες δὲ τίκτουσιν οἱ ἰχθύες,
ὥσπερ ἐγγυητὴν ἀσυλίας ἔχοντες. Ἡ δ' αἰτία δυσλό-
γιστος, εἴτε φεύγει τὰ θηρία τὸν ἀνθίαν, ὡς σῦν ἐλέφαντες,
ἀλεκτρυόνα δὲ λέοντες· εἴτ' ἐστὶ σημεῖα τόπων ἀθήρων,
ἃ γινώσκει καὶ παραφυλάττει συνετὸς ὢν καὶ μνημονικὸς ὁ
ἰχθύς.

D. 8. καὶ ἱερώμενον] Forte, καὶ καθιερώμενον. Vulgatum nescio unde sumsit Steph. Nam Ald. Bas. Xyl. B. E. Harl. P. ἱέμενον: ut vetus lectio videatur fuisse καὶ ἀνιέμενον.

cujus numinis tutelæ consecratus. Eratosthenes videtur interpretari chrysophrin, sic ab aureis ciliis dictum,

Aureus huic sacro sua cilia circulus ambit.

Ellopem putant multi; est enim rarus, et non facilis captu: apud Pamphyliam sæpenumero visitur: et cum eum capiunt, tum et ipsi piscatores coronantur, et lembos suos coronant, atque cum strepitu plausuque advecti, excipiuntur et honorantur. Plerique tamen anthiam putant esse sacrum piscem: itaque dici, quod ubi anthias apparet, nulla est bellua, sed audacter spongiarum captatores urinant, audacter pisces fœtificant, tanquam obsidem securitatis a prædantibus nacti. Caussa colligi non facile potest; fugiantne belluæ anthiam, ut suem elephanti, gallum leones: an signum ejus præsentia sit locorum belluis carentium, quæ agnoscat ille et observet, ut calliditate et memoria præditus.

λγʹ. Ἀλλὰ ἥ γε πρόνοια κοινὴ τοῖς ἰχθύσι τῶν
γεννωμένων· οἱ δὲ ἄῤῥενες οὐ τὸν αὑτῶν κατεσθίουσι γόνον,
ἀλλὰ καὶ προσδιατρίβουσι τοῖς κυήμασιν ὠοφυλακοῦν-
τες, ὡς ἱστόρηκεν Ἀριστοτέλης· οἱ δὲ ἑπόμενοι ταῖς θηλεί-
αις, καταῤῥέουσι μικρὸν τὸν θορόν· ἄλλως γὰρ οὐ γίνεται
μέγα τὸ τεχθὲν, ἀλλὰ ἀτελὲς μένει καὶ ἄναυξον. Ἴδια
δὲ αἱ φυκίδες ἐκ τῶν φυκίων οἷον νεοττιὰν διαπλασά-
μεναι περιαμπέχουσι τὸν γόνον, καὶ σκέπουσιν ἀπὸ τοῦ κλύ-
982 δωνος. Τοῦ δὲ γαλεοῦ τὸ φιλόστοργον οὐδενὶ τῶν ἡμερωτάτων
ζώων ὑπερβολὴν γλυκυθυμίας πρὸς τὰ ἔκγονα καὶ
χρηστότητος ἀπολέλοιπε· τίκτουσι μὲν γὰρ ὠὸν, εἶτα ζῶον,
οὐκ ἐκτὸς, ἀλλὰ ἐντὸς ἐν ἑαυτοῖς· καὶ τρέφουσιν οὕτως
καὶ φέρουσιν, ὥσπερ ἐκ δευτέρας γενέσεως· ὅταν δὲ μείζονα
γένηται, μεθιᾶσι θύραζε καὶ διδάσκουσι νήχεσθαι πλη-
σίον· εἶτα πάλιν εἰς ἑαυτοὺς διὰ τοῦ στόματος ἐπανα-

F. 7. καταῤῥέουσι μικρὸν τὸν θορόν] Poterat hoc ferri: haud fcio tamen an Auctor fcripferit, κατὰ μικρὸν ἐπιῤῥαίνουσι τὸν θορόν. ductu loci Ariftotelici H. A. VI, 14.——Pro vulgato ἱερὸν recepi θορὸν ex Harl. Mez. Jun. Ceteri habent ἱῤῥὸν, B. E. Venet. Collat. Muret. Schott. Anon. T. V. B.

XXXIII. Porro autem pifcium fœtus procuratio utrique eft fexui communis: tantumque abeft ut mas fœtum devoret, ut etiam adfideat ovis, eaque cuftodiat: teftis Ariftoteles: et fi qui fœmellas fectantur, exiguum aliquid feminis infundunt; quod alias fœtus ad juftam magnitudinem non excrefcat. Peculiariter phycides ex alga veluti nidum quendam conftruentes, eo fuum fœtum ab undis defendunt. Muftelæ amor erga prolem ac dilectio tantum habet fuavitatis, quantum nulla etiam cicuratiffima fuperare poffint animalia. Ovum parit, et ubi exclufus eft fœtus, non foris, fed intro receptum eum ita alit et educat, tanquam denuo paritura: et cum aliquantum adolevit, emittitur, doceturque juxta natare: deinde rurfum per os in fe re-

λαμβάνουσι, καὶ παρέχουσιν ἐνδιαιτᾶσθαι τὸ σῶμα χώραν ἅμα καὶ τροφὴν καὶ καταφυγήν, ἄχρις ἂν ἐν δυνάμει τοῦ βοηθεῖν αὑτοῖς γένηται. Θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ τῆς χελώνης B
περὶ τὴν γένεσιν καὶ σωτηρίαν τῶν γεννωμένων ἐπιμέλεια· τίκτει μὲν γὰρ ἐκβαίνουσα τῆς θαλάττης πλησίον· ἐπῳάζειν δὲ μὴ δυναμένη, μηδὲ χερσεύειν πολὺν χρόνον, ἐντίθησι τῇ ψάμμῳ τὰ ᾠά, καὶ τὸ λειότατον ἐπαμᾶται τῆς θινὸς αὐτοῖς καὶ μαλακώτατον· ὅταν δὲ καταχώσῃ καὶ ἀποκρύψῃ βεβαίως, οἱ μὲν λέγουσι τοῖς ποσὶν ἀμύττειν καὶ καταστίζειν τὸν τόπον, εὔσημον ἑαυτῇ ποιοῦσαν, οἱ δὲ τὴν θήλειαν ὑπὸ τοῦ ἄρρενος στρεφομένην τύπους ἰδίους καὶ σφραγῖδας ἐναπολείπειν· ὃ δὲ τούτου θαυμασιώτερόν ἐστιν, ἡμέραν ἐκφυλάξασα τεσσαρακοστὴν (ἐν τοσαύταις γὰρ C
ἐκπέττεται καὶ περιρρήγνυται τὰ ᾠά) πρόσεισι, καὶ γνωρίσασα τὸν ἑαυτῆς ἑκάστη θησαυρόν, ὡς οὐδεὶς χρυσίου θήκην ἄνθρωπος, ἀσμένως ἀνοίγει καὶ προθύμως.

λδʹ. Τῶν δὲ κροκοδείλων τὰ μὲν ἄλλα παραπλή-

cipit, receptaculum juxta ei, et alimentum præbens ac locum tutum, dum eo virium perveniat, ut ipſe tutari ſe poſſit. Teſtudinis quoque in pariendo, et fœtu tuendo, mirabilis eſt accuratio. Parit e mari egreſſa in vicinia: deinde quia incubare, ac diu in terra morari non poteſt, ova in ſabulo ponit, læviſſimum ejus et molliſſimum iis ingerens: ubi texit, ſatiſque tuto obruit, ſunt qui dicant eam pedibus locum notis impreſſis notare, itaque facere ut facile ab ipſa agnoſci poſſit: alii fœmellam a mare ſubverſam ſigilla propria et formulas ibi relinquere ferunt. Id magis mirabile eſt, quod diebus quadraginta obſervatis (tot enim diebus excoquuntur et rumpuntur ova), ſub earum finem accedunt, et unaquævis ſuum theſaurum, ita ut non melius homines ciſtam cum auro depoſitam agnoſcentes, aperiunt cum gaudio et alacritate.

XXXIV. Crocodili his cetera habent ſimilia: ſed conjectatio loci non dat ho-

σια, τῆς δὲ χώρας ὁ στοχασμὸς ἐπίνοιαν ἀνθρώπῳ τῆς αἰτίας οὐ δίδωσιν, οὐδὲ συλλογισμόν· ὅθεν οὐ φασὶ λογικὴν ἀλλὰ μαντικὴν εἶναι τὴν περὶ τούτου τοῦ θηρίου πρόγνωσιν· οὔτε γὰρ πλέον, οὔτ' ἔλαττον ἐκβᾶσα, ἀλλ' ὅσον εἰς ὥραν ἔτους ὁ Νεῖλος αὐξηθεὶς ἐπικλύσει καὶ ἀποκρύψει τῆς γῆς, ἐκεῖ τὰ ὠὰ τίθησιν· ὥστε τὸν ἐντυγχάνοντα τῶν γεωργῶν, αὐτὸν γινώσκειν, ἑτέροις τε φράζειν ὁπόσον αὐτοῖς ὁ ποτα-
D μὸς πρόεισιν· οὕτω συνεμετρήσατο μὴ βρεχομένων αὐτὸς βρεχόμενος ἐπῳάζῃ. Ἐκλεπισθέντων δὲ τῶν σκύμνων, ὃς ἂν εὐθὺς ἀναδὺς μὴ λάβῃ τι τῶν παρατυχόντων, ἢ μυῖαν, ἢ στέριφον, ἢ γῆς ἔντερον, ἢ κάρφος, ἢ βοτάνην τῷ στόματι, διασπαράξασα τοῦτον ἡ μήτηρ ἀπέκτεινε δακοῦσα· τὰ δὲ θυμοειδῆ καὶ δραστήρια στέργει καὶ περιέπει, καθάπερ οἱ σοφώτατοι τῶν ἀνθρώπων ἀξιοῦσι,

C. 8. περὶ τούτου] Bas. Xyl. ἐπὶ τούτου. Forte περὶ delendum cum Mez. vel legendum περὶ τοῦτο τὸ θηρίον—.

D. 1. βρεχομένων] Sic B. Collat. Muret. Schott. Jannot. T. B. Vulgo βρεχομένου.

D. 2. Ἐκλεπισθέντων] Sic B. Collat. Muret. Jannot. Schott. Anon. T. V. B. Mez. Vulgo, ἐκλιπόντων.

D. 4. στέριφον] Sic Harl. Bas. Xyl. et jam ita emendaverat P. Leopard. Emend. V, 21. Nam E. et Ald. habent ἢ μυαπῆς ἔριφον: unde Steph. ex Schotto correxit ἢ μυῖαν ἢ ἔριφον.

mini occasionem caussæ ratiocinando explorandæ: unde est, quod non rationi, sed divinationi imputetur hujus animalis prænotio. Nam neque intra, neque ultra illud spatium ad quod Nilus annua sua eluvie perventurus est, progressus, ova ponit; ut quicunque agricola in ea incidat, cum ipse intelligere, tum aliis queat narrare, quousque effluxurus sit amnis: adeo scite dimensus est, ne humidus ipse humidis incubet. Exclusis catulis, qui primum in lucem progressus non statim ore arripit obvium aliquid, muscam puta, culicem, vermem, aut festucam vel herbam, eum mater morsibus dilaniat atque enecat: feroces autem et strenuos amat et fovet, judicio, id quod sapientissimi hominum postulant, non affectui amorem tribuens.

χρίσῃ τὸ φιλεῖν οὐ πάθει νέμουσα. Καὶ μὴν αἱ φῶκαι τίκτουσι μὲν ἐν τῷ ξηρῷ, κατὰ μικρὸν δὲ προσάγουσαι τὰ σκυμνία, γεύουσι τῆς θαλάττης, καὶ ταχὺ πάλιν ἐξάγουσι· καὶ τοῦτο πολλάκις ποιοῦσιν ἐν μέρει, μέχρις ἂν οὕτως ἐθιζόμενα θαῤῥήσῃ, καὶ στέρξῃ τὴν ἔναλον δίαιταν. Οἱ δὲ E βάτραχοι περὶ τὰς ὀχείας ἀνακλήσεσι χρῶνται, τὴν λεγομένην πιοῦντες ὀλολυγόνα, φωνὴν ἐρωτικὴν καὶ γαμήλιον οὖσαν· ὅταν δὲ τὴν θήλειαν ὁ ἄῤῥην οὕτω προσαγάγηται, κοινῇ τὴν νύκτα περιμένουσιν· ἐν ὑγρῷ μὲν γὰρ οὐ δύνανται, μεθ' ἡμέραν δὲ δεδίασιν ἐπὶ γῆς μίγνυσθαι, γενομένου δὲ σκότους ἀδεῶς συμπλέκονται περιϊόντες· ἄλλως δὲ λαμπρύνουσι τὴν φωνὴν, ὑετὸν προσδεχόμενοι, καὶ τοῦτο σημεῖον F ἐν τοῖς βεβαιοτάτοις ἐστίν.

λέ. Ἀλλὰ οἷον, ὦ φίλε Πόσειδον, ὀλίγου πάθος ὡς ἄτοπον πέπονθα καὶ καταγέλαστον, εἴ με διατρίβοντα περὶ φώκας καὶ βατράχους, τὸ σοφώτατον καὶ θεοφιλέστατον παρῆλθε καὶ ἐξέφυγε τῶν ἐνάλων. Ποίας γὰρ ἀηδόνας

Phocæ etiam pariunt in ſicco: paulatim autem catulos producunt, et mare iis guſtandum præbent, moxque rurſum educunt: idque ſæpe et ſingulatim faciunt, dum ſic adſueſcant, audacterque marinam vitam ſuſtineant. Ranæ in coïtu evocationibus utuntur, vocem edentes, quæ *ololygon* dicitur, ad amorem et conjugium aptam: ubi autem mas fœmellam ſic allexit, una noctem iſtam commorantur: miſceri enim in humido non poſſunt, et interdiu id in terra verentur facere, obortis tenebris ſine metu congrediuntur. Alias autem vocem edunt clariorem pluvia imminente, idque ſignum eſt unum de firmiſſimis.

XXXV. Sed quam, O care Neptune, pæne in rem incidi abſurdam atque ridiculam? ſi me de phocis et ranis oratione moras nectentem, ſapientiſſimum Diiſque acceptiſſimum omnium marinorum animal ſubterfugiſſet. Quæ

ἄξιον τῷ φιλομούσῳ τῆς ἀλκυόνος, ἢ τῷ φιλοτέκνῳ χελι-
δόνας, ἢ τῷ φιλάνδρῳ πελειάδας, ἢ τῷ τεχνικῷ παρα-
βάλλειν μελίττας; τίνος δὲ γενέσεις καὶ τόκους καὶ ὠδῖνας
ὁ θεὸς οὕτως ἐτίμησεν; τὰς μὲν γὰρ Λητοῦς γονὰς μίαν
ὑποδέξασθαι νῆσον ἑδρασθεῖσαν ἱστοροῦσι· τῇ δὲ ἀλκυόνι
τικτούσῃ περὶ τροπὰς πᾶσαν ἵστησι θάλασσαν ἀκύμονα καὶ
983 ἀσάλευτον. Ὅθεν οὐδέν ἐστι ζῷον ἄλλο ὃ οὕτω φιλοῦσιν
ἄνθρωποι, δι᾽ ἣν ἑπτὰ μὲν ἡμέρας, ἑπτὰ δὲ νύκτας ἐν
ἀκμῇ χειμῶνος ἀδεῶς πλέουσι, τῆς κατὰ γῆν πορείας
τηνικαῦτα τὴν διὰ τῆς θαλάσσης ἀσφαλεστέραν ἔχοντες.
Εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ ἑκάστης τῶν ἀρετῶν ὡς ἔχει βραχέα
φάναι, φίλανδρος μὲν οὕτως ἐστὶν ὥστε μὴ καθ᾽ ἕνα και-
ρὸν, ἀλλὰ δι᾽ ἔτους συνεῖναι καὶ προσδέχεσθαι τὴν τοῦ

F. 7. φιλοτέκνῳ] Sic Pol. vertit Grynæus: notavit Mez. conjecit et Reisk. Vulgo, φιλοτέχνῳ.

F. 8. φιλάνδρῳ] Sic Harl. Mez. Reisk. Vulgo, φιλανθρώπῳ.

F. 11. ἑδρασθεῖσαν] Sic unus B. Sententiam quidem expressit Amiot. et requisivit Reisk. Vulgo, ἐρασθεῖσαν.

A. 1. ἀσάλευτον] Hoc Steph. edidit ex Leonic. Schott. Anon. estque sine dubio verum; vid. D. Ruhnk. Auct. Hesych. p. 580. At omnes alii libri habent ἀστάλακτον. Ald. Bas. Xyl. B. E. Venet. Harl. P.

enim musica lusciniarum, qui amor aut hirundinum erga natos, aut columbarum erga maritos, quod apum artificium cum alcyonis virtutibus comparari meretur? cujusnam animalis ortus et partus Deus tanto honore affecit? Latonæ partum ferunt ab una insula, e fluctuanti motu ad firmum statum redacta, fuisse exceptum: Alcyoni autem circa brumam parienti totum mare Deus fluctuum et pluviarum vacuum præbet. Ut jam animal aliud sit nullum, quod homines ita merito ament: huic enim acceptum referre debent, quod media hyeme septem diebus totidemque noctibus sine ullo periculo navigant, iterque marinum tum terrestri tutius habent. Quod si de singulis ejus virtutibus pauca sint dicenda, primum ita maritum diligit alcyon, ut non uno aliquo stato tempore, sed per totum annum

ἄῤῥενος ὁμιλίαν, οὐ διὰ τὸ ἀκόλαστον, ἄλλῳ γὰρ οὐ μίγνυται τοπαράπαν, ἀλλ' ὑπ' εὐνοίας, ὥσπερ γυνὴ γαμετὴ, καὶ φιλοφροσύνης· ὅταν δὲ διὰ γῆρας ἀσθενὴς ὁ ἄῤῥην γένηται συνέπεσθαι καὶ βαρὺς, ὑπολαβοῦσα γηροφορεῖ καὶ γηροτροφεῖ, μηδαμοῦ προϊεμένη μηδὲ κατα- B λιποῦσα χωρίς· ἀλλὰ τοῖς ὤμοις ἐκεῖνον ἀναθεμένη, κομίζει πανταχόσε καὶ θεραπεύει, καὶ σύνεστιν ἄχρι τελευτῆς. Τῷ δὲ φιλοτέκνῳ καὶ πεφροντικότι σωτηρίας τῶν γεννωμένων, συναισθανομένη κύουσαν ἑαυτὴν, τάχιστα τρέπεται πρὸς ἐργασίαν τῆς νεοττιᾶς, οὐ φυρῶσα πηλὸν, οὐδὲ προσερείδουσα τοίχοις καὶ ὀρόφοις, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, οὐδὲ χρωμένη πολλοῖς τοῦ σώματος ἐνεργοῖς μέρεσιν, ὥσπερ τῆς μελίττης ἐνδυομένης τῷ σώματι, τὸ κηρίον ἀνοιγούσης, ὁμοῦ ψαύοντες εἰς ἀγκῶνα τόπον ἀγγεῖα διαιροῦσιν· ἡ δὲ ἀλκυὼν ἓν ὄργανον ἁπλοῦν, ἓν ὅπλον, ἓν ἐργαλεῖον ἔχουσα, C

B. 9. τὸ κηρίον] Legendum, καὶ τὸ κηρίον, cum Mez.
B. 10. ἀγκῶνα] Hoc Steph. edidit ex Leonic. Schott. Anon. ἀγῶνα habent Ald. Baſ. Xyl. B. Harl. Mutilus ſane locus, quem ita corrigit Mez. ὁμοῦ ψαύοντες οἱ ἓξ πόδες, εἰς ἑξαγῶνα τὸ πᾶν ἀγγεῖα διαιροῦσιν.

conſuetudine ejus utatur: non ob laſciviam neque enim unquam alium admittit, ſed ob benevolentiam et amicitiam, qualis uxori adverſus ſuum eſt virum. Ubi autem ſenectus marem imbecillum, et ad ſectandum tardum reddidit, ipſa eum ſuſcipiens geſtat atque nutrit, nunquam deſtituens, nunquam ſolum relinquens: ſed in humeros ſublatum uſquequaque portat atque fovet, eique ad mortem uſque adeſt. Ad amorem prolis, et pro ejus ſalute procurationem quod attinet, ubi primum ſe concepiſſe intelligit, ſtatim ad nidum conficiendum ſe confert. Hic non lutum ſubigit, non parietibus aut culminibus innititur, ut hirundines, neque multis partibus corporis operantibus utitur, ut apes quæ cellulas ſuas mellis faciundi cauſſa ſubeuntes toto corpore omnibuſque membris laborant: ſed alcyoni unum ſimplex inſtrumentum eſt, os videlicet. Ac nullum aliud

τὸ στόμα, καὶ μηδὲν ἄλλο τοῦ φιλοπόνου καὶ φιλοτέκνου τὸ συνεργὸν, οἷα μηχανᾶται καὶ δημιουργεῖ χαλεπὸν ἐστὶ μὴ καταμαθόντας πεισθῆναι τῇ ὄψει, τὸ πλαττόμενον ὑπ' αὐτῆς, μᾶλλον δὲ ναυπηγούμενον σχημάτων πολλῶν μόνον ἀπερίτρεπτον καὶ ἀβάπτιστον· συλλέξασα γὰρ τὰς τῆς βελόνης ἀκάνθας συντίθησι καὶ συνδεῖ πρὸς ἀλλήλας ἐγκαταπλέκουσα, τὰς μὲν εὐθείας, τὰς δὲ πλαγίας, ὥσπερ ἐπὶ στήμονι κρόκην ἐμβάλλουσα, προσχρωμένη καμπαῖς καὶ παραλλαγαῖς δι' ἀλλήλων, ὥστε διαρμόσαι καὶ γενέσθαι στρογγύλον εὐήρεμον, προμήκει τῷ σχήματι, ἁλιευτικῷ κύρτῳ
D παραπλήσιον· ὅταν δὲ συντελέσῃ, φέρουσα παρέθηκε παρὰ τὸ κλύσμα τοῦ κύματος, ὅπου προσπίπτουσα μαλακῶς ἡ θάλασσα τὸ μὲν οὐ καλῶς ἀραιὸς ἐδίδαξεν ἀκέσασθαι καὶ καταπυκνῶσαι, χαλώμενον ὁρῶσαν ὑπὸ τῆς

C. 6. συλλέξασα γὰρ] γὰρ additum ex Harl. Pol. Jannot. Schott. Mez.

C. 9. προσχρωμένη] Sic B. E. Mez. Vulgo, προσχρωμένην.

C. 11. εὐήρεμον] Hoc Steph. edidit ex Jannot. Nam Ald. Baſ. Xyl. B. E. ἐνήρεμον. Harl. εὐήμερον. Mez. τὸ ἔργον. Reiſk. εὐήρετμον. Vel ex prioribus duobus alterutrum probandum, vel corrigendum εὔεδρον, quod reddidi in Latinis.

C. 11. προμήκει τῷ σχήματι] Sic E. Vulgo, προμήκει τοῦ σχήματος.

adjumentum cum habeat ſui ſtudii, tamen quale opus quamque artificioſum conficiat, vix ut credant adduci poſſunt qui non viderunt: adeo quod illa effingit, aut potius navis in morem compingit, eam habet figuram, quæ ſola everti mergique non poteſt. Collectas enim ſpinas acus marinæ conſerit inter ſe atque contexit, perinde ac ſi telæ ſubtegmen ingereret: ita alias obliquas, alias rectas committens inter ſe flectendo complicandoque, atque ſic abſolvit teretem nidum, navigium rotundum æqualitate ponderis bene examinatum et firmum, figura prominentem habente cuſpidem, qualis fere eſt piſcatorio vaſi quod *curtum* vocant. Ita perfectum deponit in fluxum undarum, ubi mare leniter accidens non ſatis concinnata, ſuoque alliſu laxata monet reficere ac ſtipare, recte autem compac-

πληγῆς· τὰ δὲ ἡρμοσμένα κατασφίγγει καὶ πήγνυσιν, ὥστε καὶ λίθῳ καὶ σιδήρῳ δυσδιάλυτον εἶναι καὶ δυσπέρατον. Οὐδενὸς δὲ ἧττον ἀξιοθαύμαστόν ἐστιν ἥ τε συμμετρία τό τε σχῆμα τῆς τοῦ ἀγγείου κοιλότητος· πεποίηται γὰρ αὐτὴν ἐκείνην μόνην ἐνδυομένην δέχεσθαι, τοῖς δὲ ἄλλοις τυφλὸν εἶναι πάντη καὶ κρύφιον, ὥστε παριέναι μηδὲν εἴσω μηδὲ τῆς θαλάττης. Οἶμαι μὲν οὖν μηδένα ὑμῶν ἀθέατον εἶναι τῆς νεοττιᾶς· ἐμοὶ δὲ E
πολλάκις ἰδόντι καὶ θιγόντι, παρίσταται λέγειν καὶ ᾄδειν,

Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ νηῷ,

τὸν κεράτινον βωμὸν εἶδον ἐν τοῖς ἑπτὰ καλουμένοις θεάμασιν ὑμνούμενον, ὅτι μήτε κόλλης δεόμενος, μήτε τινὸς ἄλλου δεσμοῦ, ἀλλὰ μόνων τῶν δεξιῶν συμπέπηγε καὶ συνήρμοσται κεράτων. Ἵλεως δὲ ὁ θεὸς εἴη καὶ πρός τι μουσικὸν ὄντα

D. 10. μηδὲ τῆς θαλάττης] Desidero quid ad orationis integritatem. Forte supplendum, μηδὲ ἐκ τῆς γῆς μηδὲ ἐκ τῆς θαλάττης.

E. 7. Ἵλεως—χαίρουσαν.] Locus ita refingendus videtur: Ἵλεως δὲ ὁ θεὸς εἴη· καὶ εἰκός γ' εἶναι, πρὸς τῷ μουσικῷ ὄντα καὶ νησιώτην· ὑμνουμένης τῆς πελαγίου σειρῆνος, καὶ εὐμενῶς; καταγελᾶν τῶν ἐρωτημάτων ἐκείνων, ἃ σκώπτοντες ἐρωτῶσιν οὗτοι, διὰ τί Ἀπόλλων οὐ γογγροκτόνος, οὐδ' Ἄρτεμις τριγλοβόλος· μὴ γινώσκοντες Ἀφροδίτην ὁμοῦ πάντα τὰ κατὰ θάλατταν ποιουμένην αὐτῆς ἱερὰ καὶ ἀδελφά, καὶ μηδενὶ φονευομένῳ χαίρουσαν. Lacunæ explendæ rationem partim ostendit Salmas. In reliquis nil subsidii libris. Sententiam reddidi in Latinis.

ta stipat itaque consolidat, ut etiam lapide aut ferro vix rumpi dissolvique possit. Proportio maximam meretur admirationem, et cavitatis forma: ita enim adornatur, ut solam alcyonem accipiat, omnibus aliis aditus sit ignotus, ac ne mare quidem admittatur. Existimo sane omnibus vobis visum fuisse talem nidum. Mihi vero sæpius videnti atque contrectanti subit dicere,

Tale quid in Delo, et Phœbi me cernere templo,

memini: nempe aram ceratinam sive cornutam, quæ inter septem mundi miracula celebratur, quod neque glutine ullo neque aliis vinculis cohærens e solis dextris cornibus compacta est. Propitium autem mihi precor Deum Apollinem et musicum et insula-

καὶ ποιώτην ὑμνουμένης τῆς πελαγίου σειρῆνος, εὐμενῶς καὶ καταγελᾶν τῶν ἐρωτημάτων ἐκείνων, ἃ σκώπτοντες ἐρωτῶσιν ἤτοι διὰ τί Ἀπόλλων * συθ' οὐδὲ τριγλοβόλον γινώσκοντα Ἀφροδίτην ὁμοῦ κατὰ θάλατταν ποιουμένην αὐ-
F τῆς ἱερὰ καὶ ἀδελφὰ, καὶ μηδὲν ἀναιρουμένῳ χαίρουσαν. Ἐν δὲ Λέπτει τοὺς ἱερεῖς τοῦ Ποσειδῶνος οὐδὲν ἔναλον τοπαράπαν ἐσθίοντας, τρίγλαν δὲ τοὺς Ἐλευσῖνι μύστας σεβομένους ἴστε, καὶ τῆς Ἥρας ἐν Ἄργει τὴν ἱέρειαν ἀπεχομένην ἐπὶ τιμῇ τοῦ ζώου· τὸν γὰρ θαλάττιον λαγωὸν, ὃς ἐστὶν ἀνθρώπῳ θανάσιμος, κτείνουσιν αἱ τρίγλαι μάλιστα καὶ καταναλίσκουσι· διὰ ταῦτα, ὡς φιλάνθρωπα καὶ σωτήρια ζῶα τὴν ἄδειαν ἔχουσι.

984 λϛ'. Καὶ μὴν Ἀρτέμιδός γε Δικτύννης, Δελφινίου τε Ἀπόλλωνος ἱερὰ καὶ βωμοὶ παρὰ πολλοῖς Ἑλλήνων εἰσίν. Ὃν δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ τόπον ἐξαίρετον ὁ θεὸς πεποίη-

F. 3. Ἐλευσῖνι] ἐν Ἐλευσῖνι B. E. Pol. Jannot. Schott.
A. 3. πεποίηται, Κρητῶν] Inter has voces hiatum habet B. Sane aliquid excidit, quod Jannot. notavit formula λείπει: Mez. in ἀπραξίαν ἡγοῦνται mutat ἀπογόνους εἰκοῦντας.

rem, laudanti marinam Sirenem: et credibile eſt eum clementer ridere iſtos per jocum interrogantes, cur Apollo non vocetur *Gongroctonus*, nec Diana, *Triglobola:* cum tamen ſciant Venerem ſibi omnia marina animalia ut ſacra et germana vindicare, neque ullius eorum cæde gaudere. Lepti autem ſacerdotes Neptuni nullo marino veſcuntur: Myſtæ Eleuſinii mullum venerantur, quod ſcitis: eodemque Junonis Argivæ antiſtita honoris gratia abſtinet: nam leporem marinum, qui homini eſt lethalis, maxime interficiunt et conſumunt mulli: ideoque illis, ut humanis et ſalutaribus animalibus, parcitur.

XXXVI. Jam Dianæ Dictynnæ a retibus dictæ, et Apollinis Delphinii templa et aræ paſſim ſunt apud Græcos. Et locum, quem Apollo ſibi eximium delegit, co-

ται, Κρητῶν ἀποίκους οἰκοῦντας ἡγεμόνι δελφῖνι χρησαμένων· οὐ γὰρ ὁ θεὸς προενήχετο τοῦ στόλου μεταβάλλων εἶδος, ὡς οἱ μυθογράφοι λέγουσιν, ἀλλὰ δελφῖνα πέμψας τοῖς ἀνδράσιν ἰθύνοντα τὸν πλοῦν κατήγαγεν εἰς Κίρραν. Ἱστοροῦσι δὲ καὶ τοὺς πεμφθέντας εἰς Σινώπην ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος ἐπὶ τὴν Σαράπιδος κομιδὴν, καὶ Διονύσιον, ἀπωσθέντας ἀνέμῳ βιαίῳ, κομίζεσθαι παρὰ γνώμην ὑπὲρ Μαλέαν, ἐν δεξιᾷ Πελοπόννησον ἔχοντας, B
εἶτα ῥεμβομένους καὶ δυσθυμοῦντας αὐτοὺς προφανέντα δελφῖνα πρῴραθεν, ὥσπερ ἐκκαλεῖσθαι καθηγούμενον εἰς τὰ ναύλοχα καὶ στόλους μαλακοὺς ἔχοντα τῆς χώρας, εἶναι ἀσφαλεῖς, ἄχρις οὗ τοῦτον τὸν τρόπον ἄγων καὶ παραπέμπων τὸ πλοῖον εἰς Κίρραν κατέστησεν· ὅθεν ἀναβατήριον θύσαντες, ἔγνωσαν ὅτι δεῖ δυοῖν ἀγαλμάτων, τὸ μὲν τοῦ Πλού-

A. 5. ὁ θεὸς] Articulum, qui omnino desideratur, addidimus ex Harl.

A. 9. καὶ Διονύσιον] Verius erat καὶ Διονύσου. Sed forte ne hoc quidem ab auctore profectum, sed ab annotatore additum est; itaque mutare nolui.

A. 10. ἀπωσθέντας] Scripsi cum Xyl. Vulgo, ἀπωσθέντα.

B. 4. εἶναι] Mutem in καὶ cum Reiskio. Harl. habet καταμένειν.

loniam putant esse Cretum delphino duce usorum: non enim Deus ante classem mutata forma natavit, ut fabularum scriptores tradunt: sed delphino misso qui cursum hominum dirigeret, eos Cirrham deduxit. Ferunt etiam Sinopen missos a Ptolemæo Sotere ad Sarapidem avehendum et Bacchum, violento vento ejectos supra Maleam navigasse invitos, ita ut Peloponnesum ad dextram haberent: hic iis vagantibus et oberrantibus delphinum ante proram apparuisse, qui quasi invitans in tranquillas ac tutas subinde stationes deduxerit, tantisper dum navim ad Cirrham constitueret. Ibi cum sacrum ab exscensione e navi fecissent, quod anabaterium dicitur, cognoverunt de duobus simulacris unum quod erat Plutonis debere se au-

τῶνος ἀνελέσθαι καὶ κομίζειν, τὸ δὲ τῆς Κόρης ἀπομάξασθαι καὶ καταλιπεῖν. Εἰκὸς μὲν οὖν ἦν καὶ τὸ φιλόμουσον ἀγαπᾷν τοῦ θηρίου τὸν θεόν· ᾧ καὶ Πίνδαρος ἀπεικάζων ἑαυτὸν, ἐρεθίζεσθαί φησιν,

C Οὐ δελφῖνος ἀπόχεισιν·
Τὸν μὲν ἀκύμονος ἐκ πόντου
Πελάγει αὐλῶν ἐκίνησεν ἐρατὸν μέλος.

Ἀλλὰ μᾶλλον ἔοικε τὸ φιλάνθρωπον αὐτοῦ θεοφιλὲς εἶναι· μόνος γὰρ ἄνθρωπον ἀσπάζεται, καθὸ ἄνθρωπός ἐστι. Τῶν δὲ χερσαίων τὰ μὲν, οὐδένα, τὰ δὲ ἡμερώτατα μόνους περιέπει τοὺς τρέφοντας ὑπὸ χρείας, καὶ τοὺς συνήθεις, ὁ κύων, ὁ ἵππος, ὁ ἐλέφας· αἱ δὲ χελιδόνες ὅσων μὲν δέονται τυγχάνουσιν εἰσοικισάμεναι σκιᾶς καὶ ἀναγκαίας ἀσφαλείας, φεύγουσι δὲ καὶ φοβοῦνται τὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ θηρίον. Τῷ δὲ δελφῖνι παρὰ πάντα καὶ μόνῳ, τὸ ζητούμενον
D ὑπὸ τῶν ἀρίστων φιλοσόφων ἐκεῖνο, τὸ φιλεῖν ἄνθ

C. 1. Οὐ δελφῖνος ἀπόχεισιν] Legendum, Ἀλίου δελφῖνος ὑπόκρισιν: mox ἐν πόντου. Vide ſupra p. 705, A.
C. 7. ὑπὸ χρείας] Sic Pol. Jannot. Schott. Anon. Mez. Vulgo, ἀπὸ χρείας.
C. 8. ὅσων] Sic B. E. Venet. Harl. Mez. Vulgo, ὅσον.
C. 9. σκιᾶς] Sic B. E. Xyl. Mez. Vulgo, σκιάς.

ferre ſecum, alterius, quod Proſerpinæ, excipere formam, ipſumque relinquere. Veriſimile quidem eſt Deum probare ſtudium muſices in delphino: cui etiam Pindarus ſe comparans, *incitari ſe*, ait,

Delphini in morem,
Quem placido e mari
Suavis excivit tibiæ ſonus.

Magis tamen humanitatem ejus Deo puto caram eſſe. Solus enim hominem, ut homo eſt, amat. Terreſtrium animalium alia nullum amant hominem: manſuetiſſima tantum utilitatis gratia eos a quibus aluntur, et cum quibus conſueverunt, ut canis, equus, elephas. Hirundines quantum ipſis opus eſt domos hominum ſubeunt, umbram ſecuritatemque quærentes, ipſum hominem interim fugiunt tanquam feram. Delphino præter omnia animalia et ſoli id natura dedit, quod optimi requirunt philoſophi,

χρείας, φύσει περὶ ἀνθρώπους ὑπάρχει· μηδενὸς γὰρ εἰς μηδὲν ἀνθρώπου δεόμενος, πᾶσιν εὐμενής ἐστι φίλος, καὶ βεβοήθηκε πολλοῖς· ὧν τὰ μὲν Ἀρίονος οὐδεὶς ἀγνοεῖ· περιβόητα γάρ ἐστιν. Ἡσιόδου δὲ κατὰ καιρὸν αὐτὸς ἡμᾶς, ὦ φίλε, ἀνέμνησας,

—— ἀτὰρ οὐ τέλος ἵκεο μύθων.

Ἔδει δὲ τὸν κύνα αἰτησάμενον, μὴ παραλιπεῖν τοὺς δελφῖνας· τυφλὸν γὰρ ἦν τὸ μήνυμα τοῦ κυνὸς, ὑλακτοῦντος καὶ μετὰ βοῆς ἐπιφερομένου τοῖς φονεῦσι, περὶ τὸ Νέμειον θαλάσσῃ διαφερόμενον ἀράμενοι δελφῖνες, ἕτεροι παρ' ἑτέρων ἐκδεχόμενοι προθύμως, εἰς τὸ Ῥίον ἐκθέντες ἔδειξαν ἐσφαγμένον. Ἔναλον δὲ τὸν Αἰολέα, Μύρσιλος E
ὁ Λέσβιος ἱστορεῖ, τῆς Φινέως ἐρῶντα θυγατρὸς ῥιφείσης κατὰ χρησμὸν τῆς Ἀμφιτρίτης ὑπὸ τῶν Πενθιδῶν, καὶ

D. 8. αἰτησάμενον] Xyl. corrigit αἰτιασάμενον: Mez. αἰνεσάμενον, pro ἐπαινέσαντα nimirum. De verbis dubito, sententia quidem hujusmodi requiritur.

D. 10. φονεῦσι, περὶ] Inter has voces aliquid excidit, quod eadem fere ratione supplent Mez. et Reisk. ille, εἰ μὴ τὸν νεκρόν: hic, εἰ μή. Illud praeferam.

E. 3. Πενθιδῶν] Πενθιλιδῶν legendum, vere et erudite docet Mez. in Comment. ad Ovid. Epist. T. II. p. 374.

nempe ut amet gratis. Nullam enim ad rem homine opus habens, omnibus benignus est, omnes amat, multis auxilium tulit. Atque Arionis quidem historiam omnium ore celebratam nemo ignorat. Hesiodi tu, amice, tempestive nos admonuisti:

— sed non oratio fine
Est abs te conclusa suo.—

Qui enim canem laudasses, non debuisti delphinum reticere. Caecum enim fuerat indicium canis, latrantis et cum clamore percussores invadentis, nisi apud Nemeum delphini cadaver Hesiodi mari jactatum sustulissent, aliique ab aliis studiose excipientes ad Rhium exposuissent, occisumque hominem demonstrassent. Myrsilus Lesbius scribit, Enalum Aeolensem, cum amaret Phinei filiam, quae oraculo Amphitritae jubente a Penthilidis in mare dejecta fuerat, ipsum quoque

αὐτὸν ἐξαλλόμενον εἰς τὴν θάλασσαν, ὑπὸ δελφῖνος σῶον ἐξενεχθῆναι πρὸς τὴν Λέσβον. Ἡ δὲ περὶ τὸν Ἰασέα παῖδα τοῦ δελφῖνος εὔνοια καὶ φιλία δι' ὑπερβολὴν ἔρως ἔδοξε· συνέπαιζε γὰρ αὐτῷ καὶ συνενήχετο καθ' ἡμέραν, καὶ παρεῖχεν ἐν χρῷ ψαυόμενος· ἔπειτα περιβαίνοντος, οὐκ ἔφευγεν, ἀλλὰ ἔφερε χαίρων, περὶ ὃ ἐκάμπτε κλίνων, ὁμοῦ πάντων Ἰασέων ἑκάστοτε συντρεχόντων ἐπὶ τὴν θάλατταν· ὄμβρου
F δὲ πολλοῦ ποτε μετὰ χαλάζης ἐπιπεσόντος, ὁ μὲν παῖς ἀπορρυεὶς ἐξέλιπεν, ὁ δὲ δελφὶν ὑπολαβὼν ἅμα τῷ νεκρῷ συνεξέωσεν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ οὐκ ἀπέστη τοῦ σώματος ἕως ἀπέθανεν, δικαιώσας μεταλαχεῖν ἧς συναίτιος ἔδοξε γεγονέναι τελευτῆς· καὶ τοῦ πάθους ἐπίσημον Ἰασεῦσι τὸ χάραγμα τοῦ νομίσματός ἐστι, παῖς ὑπὲρ Δελφῖνος ὀχούμενος. Ἐκ δὲ τούτου καὶ τὰ περὶ Κοίρα-
985 νον ὄντα μυθώδη, πίστιν ἔσχε. Πάριος γὰρ ὢν τὸ γένος, ἐν

F. 4. ἧς συναίτιος] Sic Harl. Bas. Xyl. Mez. Vulgo, ἧς ὡς συναίτιος.
F. 5. τελευτῆς] Sic B. E. Harl. Xyl. Vulgo τῆς τελευτῆς.

in mare insiluisse, salvumque a delphino fuisse ad Lesbum delatum. Benevolentia autem delphini erga Iassensem puerum ob excellentiam amor visa est. Cum eo enim quotidie ludebat, juxtaque natabat, et tangendum se præbebat, patiebaturque ab eo conscendi, et quocunque flecteret vehebat, ad mare spectaculi gratia subinde omnibus Iassensibus concurrentibus: aliquando autem ingenti imbre grandineque ingruentibus, puer a delphino defluens periit: delphinus una cum excepto cadavere in terram sese ejecit, neque ante ab illo destitit, quam moreretur, justum ratus una cum eo perire, cui caussam exitii contulisset: et Iassensibus monimentum hujus casus est monetæ nota, puer delphino invehens. Hæc res etiam fabulosæ de Cœrano historiæ fidem conciliavit. Is Pari natus, quo-

Βυζαντίῳ δελφίνων βόλῳ ἐνσχεθέντων σαγήνῃ καὶ κινδυνευόντων κατακοπῆναι, πριάμενος μεθῆκε πάντας· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἔπλει πεντηκόντορον ἔχων, ὥς φασι, ληστῶν ἄνδρας ἄγουσαν· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Νάξου καὶ Πάρου πορθμῷ τῆς νεὼς ἀνατραπείσης, καὶ τῶν ἄλλων διαφθαρέντων, ἐκεῖνον λέγουσι, δελφῖνος ὑποδραμόντος αὐτῷ καὶ ἀνακουφίζοντος, ἐξενεχθῆναι τῆς Σικύνθου, κατὰ σπήλαιον ὃ δείκνυται μέχρι νῦν, καὶ καλεῖται Κοιράνειον· ἐπὶ τούτῳ δὲ λέγεται ποιῆσαι τὸν Ἀρχίλοχον,

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν λίπε Κοίρανον ἤπιος Ποσειδῶν.

Ἐπεὶ δὲ ὕστερον ἀποθανόντος αὐτοῦ, τὸ σῶμα πλησίον B
τῆς θαλάττης οἱ προσήκοντες ἔκαιον, ἐπεφαίνοντο πολλοὶ δελφῖνες παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, ὥσπερ ἐπιδεικνύντες ἑαυτοὺς ἥκοντας ἐπὶ τὰς ταφὰς, καὶ παραμείναντες ἄχρις οὗ συνετελέσθησαν. Ἡ δὲ Ὀδυσσέως ἀσπὶς ὅτι μὲν

A. 2. βόλῳ] βόλον legendum, cum Mez. et Reiſk.
A. 5. ληστῶν] ληστὰς, Mez.
A. 8. Σικύνθου] Xyl. corrigit et vertit Κύθνου : Mez. Ζακύνθου : Reiſk. Σικίνου : quæ et probare et repudiare difficile eſt.
A. 11. ἤπιος] ἵππιος, Harl.

dam tempore Byzantii delphinos, qui ſagena jacta capti extractique in terram, et jamjam mactandi erant, emtos univerſos dimiſit. Paulo poſt quinquaginta remis acta navi vectus, in qua fuiſſe prædones aiunt, navi in freto quod inter Naxum eſt et Parum ſubverſa, reliquis ſubmerſis, ipſe a ſuccurrente delphino ſublatus et in Cythnum eſt delatus ad ſpeluncam, quæ Cœraneum dicitur, atque etiamnum viſitur: atque de hoc Archilochum aiunt ſcripſiſſe:

De quinquaginta Neptunus Cœranon unum
Propitius ſervat mortalibus.—

Cum autem poſtmodo defuncti corpus neceſſarii prope mare cremarent, multi delphini apud litus apparuerunt, veluti oſtentantes ſe ad perſolvenda juſta venire, et dum ea conficerentur adfuerunt. Ulyſſis porro ſcutum

ἐπίσημον εἶχε δελφῖνα, καὶ Στησίχορος ἱστόρηκεν· ἐξ ἧς δὲ αἰτίας, Ζακύνθιοι διαμνημονεύουσιν, ὡς Κριθεὺς μαρτυρεῖ· νήπιος γὰρ ὢν ὁ Τηλέμαχος, ὥς φασιν, εἰς ἀγχιβαθῆς τῆς θαλάττης ὀλισθὼν ἐσώθη, δελφίνων ὑπολαβόντων καὶ ἀνανηξαμένων· ὅθεν ἐποιήσατο γλυφὴν τῇ σφραγῖδι καὶ τῆς ἀσπίδος κόσμον ὁ πατὴρ, ἀμειβόμενος τὸ ζῶον. Ἀλλ᾽
C ἐπεὶ προειπὼν ὡς οὐδὲ μῦθον ὑμῖν ἐρῶ, καὶ αὐτὸς οὐκ οἶδα ὅπως πρὸς τοῖς δελφῖσιν ἔλαθον πορρωτέρω τοῦ πιθανοῦ συνεξοκείλας εἰς τὸν Ὀδυσσέα καὶ Κοίρανον, ἐπιτίθημι δίκην ἐμαυτῷ· παύομαι γὰρ ἤδη λέγων.

λζ'. ΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟΣ. Ἔξεστιν οὖν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὴν ψῆφον φέρειν.

ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ἀλλὰ ἡμῖν γε πάλαι τὸ τοῦ Σοφοκλέους δεδεγμένον ἐστίν·

—— εὖ γὰρ καὶ διχοστατῶν λόγος
Συγκολλᾶτ᾽ ἐς μέσον ἀμφοῖν τεκταίνεται.

C. 5. ΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟΣ.] Omittit Xyl. referens hæc ad antecedentem orationem.
C. 10. τεκταίνεται] Ita omnes veteres libri, Ald. Baf. Xyl. R. E. Venet. Harl. P. Vulgo, τέτακται.. Hoc et Brunckius probat, idemque Σύγκολλα τ᾽ ἀμφοῖν corrigit, quod unus habet Harl. quod ad verborum ordinem attinet.

infigne habuiffe delphinum etiam Stefichorus fcripfit: Zacynthii narrant cauffam, ut Critheus teftatur: nam Telemachum puerum in mare profundum de litore prolapfum delphini fervaverunt, fubeuntefque natando extulerunt, et pater ut animali gratiam referret, annulo ac fcuto delphinum infculpfit. Sed quando præfatus nihil fabulofi me dicturum nefcio tamen quomodo in narratione de delphinis ultra verifimilitudinem provectus fum ad Ulyffem et Cœranum; id mihi ipfe pœnæ impono, ut finem dicendi jam nunc faciam. Dixi.

XXXVII. ARISTOTIMUS. Veftrum eft, judices, ferre fententias.

SOCLARUS. Atqui nobis jamdudum ea ftat fententia, quam fic extulit Sophocles,

Orationum quamvis difcrepantia
Utrinque fi pariter pellatæ fiunt,
Cohæret, in medioque dicta congruunt.

Ταυτὶ γὰρ ἃ πρὸς ἀλλήλους εἰρήκατε συνθέντες εἰς ταυτὸν ἀμφότεροι, καλῶς ἀγωνιεῖσθε κοινῇ, πρὸς τοὺς τὰ ζῶα λόγου καὶ συνέσεως ἀποστεροῦντας.

Nam hoc modo vos etiam in iis quæ alter adverſus alterum dixit, pulchro defuncti certamine, optime ea contuliſtis, quibus refellantur, qui animalibus rationem et intelligentiam adimunt.

FIN. VOL. IV.

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

To avoid fine, this book should be returned on or before the date last stamped below.

888.8 Plutarchus. 255466, v.4,pt.2
Q1w ...Moralia... animadversiones... adjecit D. Wyttenbach

NAME	DATE	NAME	DATE
	5-31-38		

255466

Stanford University Libraries
3 6105 013 371 468